

Flor. Chamom., Fol. Spigeliae anhelm., Rad. ejusd., — Rhei, — Turpethi, Sem. Cardamomi  $\overline{aa}$  Drachm. novem, infunde Aq. ferv. Unc. quadraginta duo. In colatura Unc. triginta quatuor solve Sacch. albi Libr. quinque et semis.

SYRUPUS VERMIFUGUS ET PURGANS  
CADET.

Rec. Fol. Senn. Unc. octo, Sem. Cinae, Helminthoch., Rad. Rhei  $\overline{aa}$  Unc. quatuor, Cort. Aurant. Unc. unam, Cinnamomi Unc. duas, fiat infusum Librarum duodeviginti, in quo solve Sacch. albi Libr. triginta quatuor.

SYRUPUS VERMIFUGUS SEMINIS CINAE  
BOUILLON-LAGRANGE.

Rec. Aq. dest. et cohob. Sem. Cinae Unc. viginti octo, lege artis admisce albumen Ovi unum, adde Sacch. albi Unc. quinquaginta et calefac. Tum recipe Ol. aetherei Sem. Cinae Drachm. unam, contere cum Sacch. albi Unc. duabus, adde Syrupo adhuc calenti, et semirefrigeratum cola.

SYRUPUS VERONICAE.

Rec. Hb. Veronicae recentis sicca. Unc. sex, macerentur in Aquae Veronicae, cum vino destillatae, Libr. una; post sufficientem extractionem in loco calido, fortiter exprimantur, in expresso dissolvantur Sacch. albi Unc. sedecim.

SYRUPUS VIOLARUM, s. Viola  
lae odoratae, s. Petalorum Viola  
larum s. coeruleae. Weichensyrup.

*Sirup de Violettes.*

Ph. Bor. ed. 5, Hamb. 1835, Hann., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols.: Rec. Petalorum Violarum recenter decerptarum Unc. octo, infunde Aquae fervidae Libr. duas, stent per horas duodecim in vase stanneo, in colaturae Unc. viginti solve Sacch. albi Libr. tres. Leni calore fiat Syrupus Ph. Saxon. 1837: Succ. Citri Drachm. unam addi proponit; ceterum similis. Ph. Edinb.: Petalorum Libr. unam, Aq. fervid. Libr. quatuor, in colatura solve Sacch. albi Libr. septem et semis. Ph. Ross.: Petalorum Libr. unam, Aquae Libr. tres, Sacchari albi Unc. viginti novem, Ph. Bav. Saccharum duplum colaturae, ceterum Ross similis. Ceterorum Codicum discrepantiam praetereamus et pauca generaliter adnotemus.

Flores Violarum continent principium quoddam non satis bene chemice distinctum, sed coloris flavi, facile deliquescens et in decompositione chemica ruens. Hac materia quoque Syrupo Violarum corruptelae causa innascitur. Ergo ea, quantum fieri potest, antea removeatur. Lavatione praevia levi hoc facillime cedit. Flores aqua calida immersis baculo agitentur per minuta tria tantum, tum liquidum colatione separetur. Hoc colorem habet viridulum, a materia flava suscepta et a solutione incepta pigmenti coerulei conflatum. Petalis tali modo lavatis aqua fervida ad infusionem, colore coeruleo tinctam, parandam infundatur et procedatur, uti memoravimus Vasa stannea prae-

II.

ceteris laudanda sunt pro colore laete coeruleo, qui in vasis argenteis, murrhinis vel vitreis saepius in rubicundum vertitur. Syrupus decompositione jam incepta in rubicundum vergens coctione in vasis stanneis iterum in coeruleum retingitur. Aëris contactu praeccluso saepius in vasis stanneis color omittitur, qui interdum aëris accessu iterum recuperatur. Flores Violarum vernaes anteponantur autumnalibus, simplices repletis, culti agrestibus. Syrupus rite paratus in lagenis bene repletis optime clausis servetur..

SYRUPUS VIOLARUM SOLUTIVUS.

Rec. Flor. Violarum mundatarum Unc. quatuor, Fol. Sennae elect. Unc. duas, infunde Aquae fontanae ferventis Libr. unam. Digerantur per noctem in loco calido, mane exprimantur, in expressi Unc. novem solve Sacchari albi Unc. sedecim.

SYRUPUS ZINGIBERIS. Ingwers  
syrup. *Sirup de Gingembre.*

Ph. Bor. ed. 5, Hann. 1833, Slesv.-Hols.: Rec. Rad. Zingiberis concisae Unc. duas, Aq. comm. fervidae Unc. sedecim, digere per horas quatuor; in colaturae Unc. tredecim solve Sacch. albi Libr. duas. Ph. Lond. 1837: Rad. Zingib. Unc. duas et semis, Aq. fervid. Unc. viginti, in colatura solve Sacchari albi Libr. duas et semis.

TABELLAE, Tabulae, Täfelchen, Zeltchen, *Tablettes* quoad parandi methodum et ingredientium naturam cum pastillis conveniunt; nec tamen figuram rotiformam sicut Rotulae et Trochisci requirunt, quamquam haec quoque in illis, quae ultimo nominavimus, saepius praetermittitur. Vide ergo Pastillos et Trochiscos.

TANNINUM, Acidum tannicum,  
Principium scytodephicum. Ger  
bestoff, Gerbestäure. *Tannine, Acide  
tannique.*

Rec. Gallarum in pulverem grossiusculum aequabilem contusarum q. v., immitte in infundibulum vitreum longum in cuius fundo flocculi gossypini impositi fuerint, ad Gallas retinendas, cujus apex inferus epistomio suberino clausus fuerit. Tum Naphtham Vitrioli crudam, qualis in commercio prostat, vel ante rectificationem desumptam infunde ut Gallae obtegantur. In marginem infundibuli, antea arena laevigatam impone laminam vitream arena quoque depolitam, quae Naphtham evaporare impediatur. Totum in loco frigido sepone per diem et noctem. Tum epistomium inferum parum subleva, ut foramen parvum concedatur, laminam vitream parum in latus verte, ut aër irrepere possit, quo fit ut liquidum lente effluat, quod in vitro postea bene claudendo suscipiatur. Epistomio infero infundibuli iterum clauso, de novo Naphtham crudam infunde, sepone

per noctem, iterumque liquidum fac emanare. Liquida mixta in strata duo secedent, superum tenue aethereum, quod ad recuperandam Naphtham distillationi subijciatur, inferum aquosum spissiusculum in patinam porcellaneam effundatur, quae in loco tepido collocetur, ut massa spongiosa flavedula, Tanninum scilicet, sicca remaneat. Haec in pulverem reducta in vitro servetur. *Vis*: adstringens, constipans. *Usus*: in metrorrhagiis, fluore albo, diarrhoea.

In parando Tannino multum in vasorum forma situm est. Vasa cylindrica vitrea, inferne superne claudenda optime in hunc usum inserviunt, exempli gratia colla retortarum fractarum, epistomiiis aptis munita. Naphtha aquosa nec rectificata anhydra adhibeatur, quia Tanninum aquam ex ea abripit et Naphtha impedit tantum, quominus solutio colorem fuscum induat.

**TARTARUS AMMONIATUS** s. ammoniacalis. Cremor Tartari solubilis ammoniacalis, Tartras Potassae et Ammoniaci. Sal ammoniacum tartareum, Alkali volatile tartarisatum. Weissteinammoniak, löslicher ammoniakalischer Weisstein. *Tartre ammoniacale, Tartre soluble ammoniacale, Tartrate de Potasse et d'Ammoniaque.*

Rec. Cremor. Tart. Unc. quatuor, Sal. volatilis (Ammonii carbonici) Unc. unum, Aq. destill. frigid. Unc. octo, misceantur in vitro et interdum agitata stent per diem unum vel alterum. Liquorem in natantem filtra et blando calore in crystallos redige. Residuo, si adest, pauxillum Salis volatilis adde et explora num effervescencia iterum cieatur, tum calore decompositionem promove, filtra et in crystallos quoque redige. — *Vis*: diuretica, leniter laxans.

Nil interest Cremor Tartari utrum Sale volatili vel Spiritu Salis Ammoniaci caustico saturetur. Longa evaporatione facile Ammonium amittitur, quod interdum restituatur. Ergo solutionem primam ne nimis dilutam efficias.

**TARTARUS ANTIMONIATUS** vid. Tartarus emeticus.

**TARTARUS BORAXATUS** vid. Cremor Tartari solubilis (p. 208).

**TARTARUS CHALYBEATUS** s. martiatus s. ferruginosus, Prototartaras Potassae et Ferri, Ferrum tartarisatum s. potabile, Mars solubilis, Tartras kalio-ferricus, Tartris Potassae ferruginosus, Chalybs tar-

tarisatus. Eisenweinstein, Stahlweinstein. *Tartre chalybè, Tartrate de Potasse et de Fer.*

Rec. Cremoris Tartari partes quatuor, Limaturae Martis partem unam, Aquae communis partes viginti, coque per horas duas vel tres, tum leni igne ad siccum fac evaporare. Massam siccam aqua communi frigida iterum suscipe, filtra, et alterum ad siccum fac evaporare.

Hac de formula plurimi Codices conveniunt. Ph. Gall. 1837 tali modo procedi jubet: Cremoris Tartari pars una, Aquae communis partes sex in vase argenteo vel sinensi ebulliant, tum ingeratur Ferrum oxydatum hydraticum (ex Ferro muriatico et Natro carbonico vel Spiritu Salis Ammoniaci caustico praecipitatum), quamdiu dissolvitur. Filtra et leni calore ad siccum consume. Est coloris virescentis, saporis styptici, persolubilis in aqua. Ph. Bor. ed. 5 similem methodum, sed accuratius ad pondera accommodatam, proposuit. Oxydum Ferri, quod ex Liquoris Ferri muriatici oxydati Uncia una et semis ope Liquoris Kali caustici praecipitatur una cum Tartari depurati Uncia una ad solutionem coquatur, solutio ad Syrupum evaporet, iterum aqua destillata frigida suscipiatur, et liquor filtratus ad siccum evaporet.

**TARTARUS EMETICUS.**  
*Brechwstein. Emetique.*

*Synon.*: Tartarus stibiatus, Antimonium tartarisatum, Tartras Potassae et Oxydi Antimonii, Tartras kalico-stibicus, Tartris Lixiviae stibiatus, Tartras Antimonii, cet. Spieeglanzweinstein, weinfaures Spieeglanzerzweifel. *Tartre stibiè, Tartre emetique, Tartrate de Potasse antimonie.*

Rec. Antimonii crudi pulverati et per cribrum arctum trajecti Uncias duodecim, Natri nitrici crudi pulverati Uncias decem, (vel Kali nitrici crudi Uncias duodecim,)

in mortario intime misce.

Tum seorsum in patinam porcellaneam (pro majoribus copiis parandis plumbea uti licet) immitte

Aquae communis Uncias viginti quatuor,  
in quas bene agitatas infunde  
Olei Vitrioli Uncias duodecim.

Miscelam jam calefactam in ignem impone ut ebulliat; tum in eam conijce sensim per portiunculas minutas Antimonium crudum cum Nitro mixtum, expectans dum portiuncula quaeque injecta colorem griseum induerit. Quum pulvis omnis injectus fuerit, totum decoque ad siccitatem fere, patinam ab igne remove et sibi derelinque, quo fit ut miscela siccescat demum.

Massam albidam cineream cum pauxillo Aquae contere in pul-tem, hanc dilue majore copia aquae et elutriando pulverem suspensum in vas fictile satis capax transfunde. In patina vel mortario particulae Antimonii crudi intacti remanent.

Liquidum turbidum ad subsidendum sepone, liquorem defunde, et novis aquae copiis pulverem albidum griseum lava, quamdiu aqua aciditatem ex ipso abripit; denique aquam penitus defunde. Sedimentum adhuc humidum misce cum

Cremoris Tartari Unciis duodecim,

adde Aquae destillatae q. s. ad pul-tem tenacem efficiendam, quam leni calore fove per horas aliquot. Tum adde Aquae destillatae Libras octo, coque et fervida filtra. Liquorem filtratum sepone ut crystallos demittat, superstitem fac evaporare ut novam crystallorum copiam demittat, hoc repete, quamdiu crystalli satis purae nascantur. Crystallos ultimo concretas nova crystallatione depura. Si lixivium matris vel crystalli colorem flavum induerint

atque sale ferrico scatere coeperint, digere ea cum Ebore usto nigro, filtra et evaporatione iterum in crystallos redige. Lixivium ultima interdum additis Cineribus clavellatis depuratis novas crystallos emittunt. *Part. const.* Acidi tartarici, Oxydi stibici, Kali et Aquae paria Pond. Mixt. — *Vis:* emetica praesentissima, externe cutem irritans.

Sint crystalli plane decolores, recentes vitreae pellucidae, vetustae opacae albae, in aquae frigidae partibus quatuordecim vel quindecim, fervidae tribus partibus solubiles. Chartam exploratoriam coeruleam solutio levi rubore tingat. Solutione Kali horussici ne color coeruleus gignatur.

In eligenda formula de parando Tartaro emetico propriis experimentis multifariis fultus, et facilitatem praeparationis et bonitatem producti ante oculos habui. Quibus desideris ut satisfieret, ponderum rationes quam certissime erant definiendae, et encheiresis accuratius indicanda. Tartari emetici praeparatio pendet a praeparatione praevia Oxydi Antimonii. Hoc si via humida paratur, multo facilius a Cremore Tartari dissolvitur, quam si calcinatione, deflagratione vel fusione obtinetur. Oxydum Antimonii a Ferro sit, quantum fieri potest, liberum, nil enim longius atque difficilius quam Ferrum repetitis crystallisationibus excernere. Magna haec res substantiarum ipsarum, temporis et combustibilium jactura efficitur. Pulverem ALGABORUM, quamquam facillime a Cremore Tartari dissolvatur, non tamen idcirco commendare ausus sum, quippe ejus difficilius praeparantur copiae majores. Sunt qui Antimonium crudum in Acido muriatico crudo dissolvi jubeant; at haec operatio molestissima est ab odore foetidissimo emergente; vasorum electio, in quibus instituitur, gravis, denique producti copia non satisfaciens. Haec difficultates nostro methodo, quae e Pharmacopoea Londinensi 1809 originem ducit et parum immutata est, eliduntur. Oxydum enim a Ferro, Arsenico, et Acidis Antimonii plane liberum cito praeparatur et materius vilibus ubique ejusdem bonitatis mercabilibus, et propter Acidi sulphurici copiam excedentem in vasis imo plumbeis, si majorem molem parandum spectas. Nunquam haec operatio me fefellit. Sulphur hoc Oxydo immixtum nil nocet, nec protinus respiciatur. In parando Oxydo Sul-

phur Acidorum Antimonii formationem impedit. Ponderum rationes non plane proportionibus stoechiometricis respondent, sed bene rei ipsi.

**TARTARUS FERRUGINOSUS** s. martialis vid. Tartarus chalybeatus.

**TARTARUS MERCURIALIS** vid. Mercurius tartarisatus.

**TARTARUS SOLUBILIS** vid. Cremor Tartari solubilis.

**TARTARUS STIBIATUS** vid. Tartarus emeticus.

### TARTARUS TARTARISATUS. Tartarisirter Weinstein.

#### *Tartre tartarisé.*

*Synon.*: Kali tartaricum, Tartras Potassae, Alkali vegetabile tartarisatum, Sal diureticum vegetabile. Neutrales weinjaures Kali, Weinsteinfall. Tartrate de Potasse, Tartre soluble, Sel végétal.

Rec. Cinerum clavellatorum crudorum quantum vis, in vas fictile immissis affunde Aquae communis frigidae duplum, et interdum exagitata sepone per diem unum vel alterum. Liquorem limpium decantha, residuum cum pari pondere Aquae, quod erat Cinerum clavellatorum, distende, sepone et iterum Liquorem limpium decantha Hoc tertium fiat.

Liquores junctos in patina sinensi vel stannea calefac ad ebullitionem, fervidis sensim injice, effervescentiam caute moderando,

Cremoris Tartari quantum satis, ut liquor neutralis fiat; tum evaporatione ad Syrupi spissitudinem redige. Stet per noctem. Affunde Aquae destillatae sufficientem copiam, ut filtrari possit liquor, tum filtrari per chartam bibulam albam, liquorem filtratum in patina

sinensi blanda evaporatione ad siccum redige, massam conglobatam in locum calidum sepone per aliquot dies, ut plane siccescat, tum in pulverem redige, quem per cribrum setaceum trajice. *Part. const.* Acidi tartarici anhydri unum, Kali duo pond. Mixt.— *Vis*: laxans, diuretica.

Sit pulvis albissimus, omnino neuter, ab inquinamentis metallicis prorsus, a salinis quantum obtineri potest, liber. Ferrum et Stannum Liquore Ammonii hydrothionici, Cuprum aqua hydrothionica et baculo ferreo immerso explorantur. Kali muriatici semper aliquid inest a Cineribus clavellatis, nec non Kali sulphurici, hujus tamen minor copia, quod vitio non vertatur.

Pauca tantum de praeparatione Tartari tartarisati animadvertenda. Agitur de sale ad usum medicinale adhibendo, non de re ad acum chemice pura. Sunt qui crystallisationem Tartari tartarisati commendunt; haec facile efficitur, si liquor in Syrupi spissioris consistentiam evaporaverit, lixivium denique crystallisationem recusant. Haec plerumque ad siccum consumuntur et ceteris admiscuntur, crystallisationis ergo commodum nullum. Au vero salia heterogenea praesertim crystallisatione excernuntur? minime, quippe quae ipsa facilius in crystallos coeunt.

**TARTARUS VITRIOLATUS** vid. Arcanum duplicatum.

**TARTRAS, TARTRIS, Weinsteinjaures Salz, Tartrate** vide nomine antiqua vel a basi derivata, sicut Tartras acidulus Potassae = Cremor Tartari, Tartras kalicus = Tartarus tartarisatus, Tartras Sodae et Kali = Sal polychrestum SEIGNETTE, Tartras Potassae antimoniatum = Tartarus emeticus, cetera similiter.

**TELA EPULOTICA** vid. Sparadrap.

**TELA GUALTHERI** vid. Sparadrapum album.

**TELA ICHTHYOCOLLAE GLUTINANS** vid. Emplastrum anglicum.

**TELA SANITATIS** Drs. ZIER. Zier's Gesundheitsstaft.

Rec. Ol. Succini crud. Unc. semis, Camphorae, Tinct. Canthar. aa Unc. duas, bis in telam sericeam illine, tum superline bis liquore colato ex digestionem Pulv. cantharidum Unc. semis et Vernicis Olei Lini Unc. quatuor; deni-

que in idem latus Vernicem Succini induc, addita fuligine pinea nigrefactam.

TERRA FOLIATA MERCURIALIS = Mercurius acetatus (p. 542).

**TERRA FOLIATA TARTARI.** Weinsteinblättererde. *Terre foliée de Tartre.*

*Synon.*: Kali aceticum, Acetas Potassae s. Kalicus, Alkali Tartari aceto saturatum, s. acetatum, Tartarus acetosus, Magisterium Tartari purgans, Arcanum Tartari, Alkali vegetabile cum Aceto, Lixivia acetata. Effigsaures Kali. *Acetate de Potasse.*

Rec. Cinerum clavellatorum crudorum, quantum vis, coque cum Aquae communis decuplo, cola per linteum. Liquori colato instilla solutionem

Sacchari Saturni

in sufficiente Aquae copia, quamdiu praecipitatum efficitur, tum adde solutionem filtratam Cinerum clavellatorum, ut reactio distincte alcalina iterum appareat. Filtra et praecipitatum album bene ablue aqua.

Liquori filtrato adde Aceti concentrati

sufficientem quantitatem ut reactio acida appareat. Liquorem nunc immitte in lagenam capacissimam, cujus capacitatis nonnisi quadrans vel triens expleatur. In liquorem torrentem Gas hydrothionici, ex Ferro sulphurato et Acido Salis crudo diluto extricatum, trans mitte, ut Gas in orificio fortiter redoleat. Tubum ductorium exime, epistomium impone et lagenam fortiter concute, quamdiu absorptio efficitur, quae ex aëre in lagenam inversam irrepente dignoscitur, si epistomium paululum tollitur. Haec operatio repetatur, donec portiuncula Liquoris filtrata gas hydrothionico transmissio non amplius nigrescat. La-

gena aperta stet in loco tepido ut odorem hepaticum plane amittat, tunc liquor filtretur, et in vase sinensi vel argenteo, sub finem continue agitatus, ad siccum redigatur. Massa recens siccata stet in loco calido per breve tempus, tum in vasa vitrea optime claudenda ingeratur. *Part. const.* Kali et Acidi acetici aeq. *Pond. Mixt.* — *Vis*: resolvens, diuretica.

Sit massa salina alba ad aërem deliquescens in duplo pondere Aquae et quadruplo Spiritus Vini rectificatissimi facile et ex toto solubilis, a salibus heterogeneis quantum fieri potest libera. Solutio neutralis salibus baryticis non nimis turbetur, a gas hydrothionico vel aqua hydrothionica minime.

*Usus*: in hydrope, in obstructione viscerum abdominalium.

De parando Kali acético pauca afferamus. Facillime paratur, quanto Acetum concentratum vilioris pretii prostat, ex Cineribus clavellatis Aceto ipso saturandis. Solutio ad siccum evaporet, Aquae quam minima copia solvatur, solutio filtrata iterum ad siccum redigatur. Silicia ex Cineribus plurima excernitur. Si vero Acetum destillatione ex Saccharo Saturni tibi parandum est, praecipitationem mox descriptam, et cautelis rite observatis, commendaverim; operam destillationis, retortae rupturam, ignis et Olei Vilioli consumptionem evitabis. Cures vero, ut Plumbum penitus excernas. Est enim animadvertendum, Plumbum sulphuricum facile Kali acético dissolvi. Hac de causa nimia Plumbi sulphurici soluti copia admixta solutione Cinerum clavellatorum praecipitari praescriptum est. Quod si neglexeris, Plumbum sane gas hydrothionico praecipitabitur, Acidum sulphuricum vero in solutione retinebitur.

**TERRA FOLIATA TARTARI CRYSTALLISABILIS.**

Krystallisirbare Weinsteinblättererde. *Terre foliée minerale.*

*Synon.*: Natrum aceticum, Sal acetosum minerale, Acetas Sodae s. natrius, Sal Sodae acetatum, Alkali minerale acetatum. Effigsaures Natron. *Acetate de Soude.*

Rec. Salis Sodae emalis crystalli-

sati quantum vis (e. gr. Libr. tres) dissolve in decupla quantitate

Aquae communis,  
in hanc solutionem infunde solutionem

Sacchari Saturni Libr. quatuor, quamdiu praecipitatum efficitur; tum solutionis Salis Sodae particulam retentam adjice, ut reactio perspicue alcalina appareat. Sedimentum candidissimum in linteo collige et aqua destillata lava, exprime et sicca. Liqueoribus limpidis mixtis adde Aceti concentrati quantum satis, ut reactio acida nunc praevaleat. Liqueorem acidulum in lagenam capacissimamingere, cujus nisi triens vel quadrans a liquore expleatur; nunc torrentem gas hydrothionici ex ferro sulphurato et Acido muriatico crudo parum diluto et calefacto extricatum transmittite; quando Gas in orificio fortiter redolebit, tubum ductorium exime, et lagenam, orificio clauso, fortiter concute, quamdiu absorptio efficitur, quod ex aëre in lagenam inversam irrepente dignoscitur, si epistomium parum sublevatur. Quando post conquassationem odor hepaticus adhuc validus observabitur, Plumbi praecipitatio perfecta esse credi poterit. Lagenam in locum tepidum colloca, ut odor hepaticus avolet, tum liquidum filtra, filtratum in patina sinensi ad crystallisationem fac evaporare. Crystallinos collectas in loco tepido siccatas, vasis optime contra aëris aditum praecclusis conde. Lixivia iterum ad crystallisationem coge, crystallinos simili modo conde.

**Part. const.** Natri, Acidi acetici anhydri singulorum unum, Aquae sex Pond. Mixt. — **Vis:** diuretica, resolvens.

Sint crystalli pellucidae, prismatice, truncato-columnares, in Aquae triplo calore medio facile solubiles, itemque in Spiritus Vini quintuplo, in aëre sicco parum fatiscetes, calore in aqua ipsa crystallisationis fusibiles, aqua abacta ipso quoque calore anhydreae fusibiles. Solutio sit neutralis, gas hydrothionico minime turbetur, nec non nimium solutione barytae muriaticae et Argenti nitrici diluti vel Sacchari Saturni. Crystalli, Kali acetico inquinatae, humorem ex aëre colligunt, et deliquescunt.

**Usus:** in hydrope, obstructione viscerum abdominalium.

De Natro acetico idem, quod de voce antecedente valet. Citius paratur Sale Sodae ope Acidi acetici saturandi, si hoc vilioris pretii prostat, vel facilius ex Sale quovis acetico paratur. Natrum aceticum hinc inde in commercio satis purum atque pretii vilissimi prostat; hoc, de adulteramentis bene investigatum, non nisi simplice repurgatione ope crystallisationis eget. Praecipitatio Salis mirabilis GLAUBERI ope Sacchari Saturni minus bene cedit, quippe quae praeparatum majore copia Acidi sulphurici scatens, praebet. Plumbum enim sulphuricum praecipitatum facile solutionibus Salium aceticorum, praecipue Ammonii acetici dissolvitur.

TERRA OSSIUM vid. Cornu Cervi ustum album (p. 206).

TERRA PONDEROSA ACETATA = Baryta acetica (p. 126).

TERRA PONDEROSA AERATA s. CARBONICA vid. Baryta carbonica (p. 127).

TERRA PONDEROSA PURA = Baryta pura (p. 128).

## TERRA PONDEROSA SALITA. Salzsäure Schwererde.

### Muriate de Baryte.

**Synon.:** Baryta muriatica, Chloretum Baryi, Sal muriaticum baryticum, Murias Baryte. Salzsäurer Baryt, Chlorbaryum. Chlorure de Baryum.

**Rec.** Baryi sulphurati recens parati (p. 128) quantum vis, portionunculam sepone, ceterum in

vase porcellaneo cum Aquae communis quadruplo vel sexuplo calefac ad ebullitionem; tum sensim adjice

Acidum Salis crudum quamdiu effervescentia efficitur. Gas erumpens hepaticum evitetur, ne in pulmones ducatur. Liquor sub finem sit leviter alcalinus, quod, si opus est, addita Baryi sulphurati portiuncula retenta efficitur. Liquor per colatorium trajiciatur vel filtretur, tum addatur

Acidi Salis puri quantum satis, ut reactio leviter acidula praevalcat.

Liquor in loco tepido stet, donec odorem hepaticum amisserit, tum filtretur et lege artis in crystallos redigatur. *Part. const.* Chloreti Baryi unum, Aquae duo Pond. Mixt. — *Vis:* antiscrophulosa.

Sint crystalli tabulares, siccae, nec humescentes, coloris expertes, neutrales, inquinamenti metallicis plane liberae quod aqua hydrothionica vel Ammonio hydrothionico dignoscitur. Immixta Strontiana muriatica, si inest, Spiritu Vini rectificatissimo extrahi potest; Spiritus flamma rubella deflagratur. Calcaria muriatica quoque Spiritu Vini extrahitur, Spiritus evaporatus massam salinam deliquescentem relinquit. Sal commune imixtum tubo ferruminatorio flammam reddit flavam salibus natrinis propriam; solutio acido sulphurico puro excedente decomposita et filtrata ex crucibulo platineo non omnino calore abigi potest, sed massam salinam relinquit.

*Usus:* in inflammationibus oculorum infantum scrophulosis.

De parandi methodis vix aliquid monendum. Si Baryta carbonica nativa vilis pretii constat, haec facillime Acido muratico crudo dissolvitur. Baryum sulphura-

tum non male fornace figulina in crucibulis capacibus uritur. Miscelae mixtio intima maxime commendanda.

TERRA VITRIOLI DULCIS = Colcothar (p. 186).

THEA HELVETICA, Thea pro lapsis. Schweizerthee, Fälltranf. *The suisse.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. et Summit. Absinth., Hb. Betonicae, — Ajugae reptantis, — Meliss. Calaminth., — Chamaedr., — Hysop., — Hederae terrestr., — Millefolii, — Origani, — Vincæ maj., — Rorismar., — Santiculae, — Salviae, — Scolopendr., — Scordii, — Thymi, — Veronic., Flor. Arnicae, — Gnaphalii dioici, — Scabiosae, — Tussilag.  $\bar{a}$  Unc. unam.

THERIACA ANDROMACHI s. VENETA vid. Electuarium Theriaca (p. 281).

THERIACA PAUPERUM = Roob Juniperi.

THERIACA SMARAGDINA vid. Electuarium Theriaca smaragdina (p. 282).

THRIDACIUM vid. Extr. Lactucæ sativæ (p. 405).

TINCTURAE s. Essentiae, Tincturen, *Teintures* sunt solutiones spirituosae materialium medicarum ad usum medicum aptae. Spiritus Vini idem solvit, idemque conservationi consulit; quum in natura corporum nil eo mutatur, merito haec propinandi methodus laudatur. Non praetereundum est vires Spiritus Vini viribus medicaminum addi, qua de re ratio habenda est in remedii efficacia rite aestimanda.

Quaecunque corpora ad parandas tincturas advocantur et sicca et minuta sint, necesse est; alterum ne plantarum humoribus Spiritus Vini extenuetur, alterum ut penitus extrahi queant. Quo difficilius principia medicamentosa a corporibus eduntur, eo majori temporis spatio stent mixta oportet.

Non in omnibus idem Spiritus Vini nervus requiritur, quod quidem ex solvendum natura pendet. Quum non nisi corpora Spiritu solubilia solvenda sunt, Spiritu egetur fortissimo; in solvendis materiis et aqua et Spiritu solubilibus Spiritus tenuior jure adhibetur; denique dilutus in corporibus Aqua solubilibus, quae Spiritu addito melius conservantur, et a quibusdam inquinamenti facile separantur. Ex hac ratione Spiritus dilutus conducit in materiis extractivis, rectificatissimus in corporibus resinosis mixtis et oleis volatilibus, denique alcoholisatus in resinis puris et materiis pinguibus difficile solubilibus. Ponderum ratio non in omnibus Pharmacopoeis eadem, sed variat pro rerum et opinionum natura. Una pars materiae medicatae suscipitur quatuor ad octo partibus Spiritus Vini; plerumque quatuor

sive sex. Nimiam dilutionem non laudaverim, quum in Spiritu vis medica non quaeritur; quod si fieret, merum admiscere possemus.

Tincturae sola solutione parantur, si massa omnis Spiritu Vini solvitur, uti Camphora, Terebinthina, Balsami, Resinae, cet. Filtratione immundities separatur. Solutio fit vase vitreo ordinario, epistomio suberino vel vitreo munito, vel cucurbitiformi, ut balneo arenae vel aquae calidae imponi queat.

Solutiones calefaciendae vesica bubula passim perforata clauduntur, vel orificio vas refrigeratorium, aqua frigida circumdata, adaptatur.

Methodorum omnium sine dubio praestantissima est, Spiritus Vini adhibendi partem dimidiam primam extrahendis infundere et post justam digestionem exprimere, tum alteram partem simili encheiresi adhibere. In multis tincturis parandis tertia vel quarta pars simul infunditur, et separatim elicitur, ita ut residuis non nisi merus Spiritus Vini inhaereat. Experientia edocet in residuis solubilia remanere, quamquam Spiritus nondum saturatus sit. Quum plura corpora in eadem tinctura paranda extrahuntur, prodest difficiliora soluta prius atque separatim extrahere; Resinae, Balsami, Ol. aetherea non nisi in fine adduntur.

In adhibendo prelo Realiano vel methodo depulsoria, ut ajunt, pro parandis tincturis non magnopere experientia adjuvari confiteamur. Plurimae enim materiae quadruplo vel sextuplo Spiritus Vini pondere facillime exhauriuntur, nec apparatu egetur operose tractando. In depellendo Spiritu ope Aquae magna jactura fit, quum liquores affinitate mixtae dilutae prodeunt, quare, quod ad hunc laborem attinet, in probatis haesisse, non quaerimus. Conducit optime expressionem in vase digestorio ipso efficere, e. gr. in vase cylindrico stanneo cylindro ligneo stanno obducto, ope torcularis lignei adacto. Addendis Alkaliis solubiliis extractioni plurimum non consulitur, sed medicamentum proprium novum afferri non in neglectu habendum. Alkalioidea vegetabilium Alkaliis non extricantur, quum Spiritu Vini solubilia sunt.

Plantae quaedam narcoticae, principii volatilibus gaudentes, non siccatae sed recentes parandis tincturis inserviunt, quod duabus potissimum viis efficitur; altera miscendo succum plantae expressum cum Spiritu rectificatissimo et filtrando miscelam bene conquassatam, altera, digerendo pulvem Herbae contusae cum Spiritu fortissimi copia definita, exprimendo, filtrando. Haec methodus facile anteponenda, quum certiore praeparationis rationem praebet, nec pendente ab incuria laborantis, vel a firmitate machinae torcularis.

## TINCTURA ABSINTHII. Wermuth-Sinctur. Teinture d'Absinthe.

Synon.: Essentia Absinthii, s. Artemisiae Absinthii.

Rec. Herbae Absinthii siccae Unc.

sex,

minutum concisae affunde

Spiritus Vini rectificati Libras tres.

Digere in cucurbita clausa, vas saepius agitando per dies quatuor ad sex, tum exprime et filtra. — *Vis*: stimulans, roborans, stomachica, anthelmintica.

Sit coloris e viridi fuscii.

Secundum Ph. Amstel., Batav., Bavar., Belg., Boruss., Hann., Oldenb., Parm., Polon., Slesv.-Hols., Suec. Hb. Absinth. partem unam et Spirit. Vini rectific. partes quatuor volunt Ph. Dan., Dan. mil., Fuld., Gall., Lipp., Saxon., FERRARINI. — Spir. Vini partes octo VAN MONS. — Disp. Brunsv., Wirt., Herbitip.: Rec. Summitatum Absinthii, in umbra siccatarum, Unc. quatuor, infunde Spir. Vini xctif. Libr. duas, digere, exprime et aliis superfunde Hb. Absinthii Unc. duabus; denuo digere, exprime et filtra. SWEDIAUR ed. MONS.: Hb. Absinth. Unc. duas, Spir. Absinth. Unc. sedecim, digere, in colatura solve Extr. Absinth. Unc. duas. FERRARINI: Extr. Absinth. Unc. tres, Aq. dest. Absinth., Spir. Vini rectss.  $\frac{25}{100}$  Libr. duas, Hb. Absinth. q. s. (? Unc. sex.) — Ph. Pal., Prag.: Hb. Absinth. Unc. duas, superfunde Spiritus Vini rect. q. s. ut pollices tres supereminet, (multum differt an vase angusto vel amplo) digere, exprime. Disp. Brand., Ratisb., Vienn.: Herbae Spiritum proprium, i. e. cum Hb. Absinthii per fermentationem paratum ad pollicum trium supereminetiam affundunt, digerunt, filtraunt.

TINCTURA ABSINTHII ALCALINA vid. Tinctura Absinthii totius.

TINCTURA ABSINTHII AMARA vid. Tinctura Absinthii aquosa.

TINCTURA ABSINTHII AQUOSA FERRAR.

Rec. Hb. Absinth. rec. Libr. duas, infunde Aq. comm. frigid. Libr. sedecim, stet per diem, tum destilla leni igne Aq. aromaticae Libr. decem, quas infunde Hb. Absinthii Libr. duabus, adde Aq. comm. Libr. sex, et denuo destillatione elice Libr. decem. His destillatis adde Spir. Vini rectss. Libr. duas et semis, et immerge Hb. Absinth. siccatae Unc. tres. Post macerationem per dies octo productam exprime



et filtra; colaturae denuo adde Hb Absinth. sicc. Unc. tres, denuo post macerationem cola cum expressione, et in colatura solve Extr. Absinth. Unc. decem, Arcani duplicat. Unc. semis. Formula merito negligenda.

TINCTURA ABSINTHII COMPOSITA, s. Essentia Absinthii composita, s. amara. Zusammengelegte Beremuthtinctur. *Tincture d'Absinthe composée.*

Ph. Wirt., Hann.: Rec. Hb. Absinthii Unc. unam, Rad. Zedoar. Unc. semis, — Caryophyll. Drachm. duas, Hb. Card. bened., — Centaur. minor  $\overline{aa}$  Unc. semis, Cort. Aurant., — Citri  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Caryophyll. Drachm. unam. Incisis et contusis affunde Spir. Vini rect. Libr. unam. Digere per quatuor dies, exprime et filtra. Ph. Fenn., Succ.: Hb. Absinth. Unc. duas, Hb. Card. bened., Cort. Aurant. iunatur., Rad. Galang.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per tres dies. Ph. Gall. 1818: Hb. Absinth. vulg., — Absinth. Pontic., Caryophyll.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Sacch. alb. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Dan., Dan. mil. (Essentia amara): Hb. Absinthii Unc. duas, — Card. bened., Rad. Gentian., Pomor. Aurant.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Sem. Anisi Drachm. unam, Spir. Vini Gallic. Libr. tres. Ph. Saxon.: Tinct. Absinth. simpl. Part. quinque, Tinct. amar. Part. duas, Tinct. aromaticae Part. unam. Ph. Palat.: Hb. Absinth. pontic. Unc. unam, — Card. bened., Rad. Calami arom., — Galang., — Zedoar.  $\overline{aa}$  Drachm. unam et semis, incisis infundatur per diem Spir. Vini rect. Libr. una; digere, exprime, filtra. Similis mixtionis est Tinctura amara Ph. Palat. Disp. Brunsv.: Hb. Absinth. Unc. unam, — Card. bened., Centaur. min., — Meliss., — Rorismar., Cort. Chinae  $\overline{aa}$  Unc. semis, Rad. Enulae Drachm. sex, Cort. Aurant. mund., Baccar. Junip.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Spir. Vini tartarisati Libr. duas Disp. Brand., Ratisb.: Hb. Absinth. Unc. unam, — Card. bened. Unc. semis, — Centaur. min. Drachm. duas, Rad. Zedoar., — Dictamni alb., Cort. Aurant., — Citri  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Myrrh. Drachm. unam, Caryophyll., Croci  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Argent.: Hb. Absinth. Unc. tres, — Centaur. min., — Card. bened.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Rad. Calami arom., — Zedoar.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Cort. Aurant., — Citri  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. VAN MONS: Hb. Absinth. Drachm. sex, — Centaur. min., — Card. bened.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Cort. Aurant., — Citri rec.  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Caryophyll. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor; vel ejusdem: Cinnamom., Macid.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Rad. Calam., — Zedoar., — Gentianae  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Hb. Card. bened., — Centaur. min., — Trifol. fibr.  $\overline{aa}$  Drachm. septem, Cort. Aurant. Unc. unam, Hb. Absinth. Drachm. decem, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. SWEDIAUR: Hb. Absinth. Unc. unam, — Card. bened., — Centaur. min., Cort. Aurant.  $\overline{aa}$

Unc. semis, Rad. Gentian., — Enulae, — Calami arom.  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Canellae, Macid.  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam et semis. FERRARINI: Hb. Absinth. vulg., — Absinth. pont., Caryophyll., Sacch. alb.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spir. Vini Libr. unam et semis; digere per septimanas duas. PLENCK: Hb. Absinth. Libr. unam, Cort. Aurant. Unc. quatuor, Rad. Calami arom., — Gentian.  $\overline{aa}$  Unc. duas, Cinnamomi  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duodecim. HENRY-GUBOURT: Hb. Absinth. vulg., — Absinth. pont.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Caryophyll. Unc. (Drachm. P) decem, Sacch. alb. Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. unam.

TINCTURA ABSINTHII EXTRACTI COMPOSITA vid. Tinctura Absinthii aquosa.

TINCTURA ABSINTHII TOTIUS s. quinta s. Quinta Essentia Absinthii Ph. Prag.

Rec. Succ. Hb. Absinthii recenter expressi, contunde cum nova Hb. Absinthii copia et mixta in dolio querno ad fermentationem coloca, donec odorem acidiusculum emittat; tum destillando leni igni liquorem elice usque ad siccitatem (sic!); hujus Spiritus recipe Libr. unam, Extr. Absinth., Sal. Absinth. genuini (i.e. Sal. Tartari)  $\overline{aa}$  Unc. semis, Ol. Aeth. Absinth. Scrup. duos. VAN MONS: Herbam Absinthii contundi, per aliquot dies seponi et succum expressione protundi suadet. Hujus succi Unciis octo adde Sal. Tartari Drachm. duas, Extr. Absinth. Unc. semis.

TINCTURA ACACIAE GATECHU vid. Tinctura Catechu.

TINCTURA ACETATIS FERRI vid. Tinctura Martis adstringens.

† TINCTURA ACETATIS ZINCI s. Acetas Zinci diluta Ph. Dubl.

Rec. Vitrioli alb., Terrae foliat. Tartari  $\overline{aa}$  Unc. unam, contritis infunde Spir. Vini rectiss. Unc. sedecim, per hebdomadem digesta filtro injice.

TINCTURA ACIDI SULPHURICI vid. Elixir acidum HALLERI

† TINCTURA ACONITI. Eisenhut- oder Sturmhut-tinctur. *Tincture d'Aconit.*

Rec. Herbae Aconiti Napelli recentis Libram unam, in mortario bene contusis et in vas aptum ingestis affunde Spiritus Vini rectificatissimi Libram unam; stent per dies duodecim bene clausa, interdum agitata; tum cola cum expressione et per

filtrum chartaceum trajice. —

*Vis*: irritans, narcotica, antiarthritica.

Sit coloris viridis.

Haec formula cum Codice Gallico 1837 congruens, sine dubio ceteris anteponenda, quum Herba tota adhibeatur, neque exsiccatione violenta, nec asservatione diuturna depravata esse potest, quod ubique in Herba sicca non evitatur. Quod Herbam recentem tibi compares, non in malis ducendum pro medicamentū virtutibus. Proxime accedit Ph. Saxon., quae Succū Hb. Aconiti recens expressi et Spir. Vini rect. par pondus misceri et per aliquot dies digeri, liquorem subsidentia limpidefactum a faecibus defundi et per chartam trajici proponit. Ceteris formulis Herba sicca praescribitur. Ph. Gall. 1837 nimis abunde alteram formulam admittit: Rec. Hb. Aconiti sic. Unc. tres. Spir. Vini rect. Libr. unam; in cucurbita bene clausa per hebdomadam digesta cola cum expressione et filtra Ph. Hass., Polon., HENRY-GUIBOURT Hb. Aconiti Unc. unam cum Spir. Vini rect. Unc. octo extrahi et (Hass.) ita exprimi et filtrari vult, ut nonnisi Unc. sex supersint. Ph. Boruss., Slesv.-Hols.: Hb. Aconiti Unc. unam cum Spir. Vini rect. Libr. una extrahi proponit. Temere nimis dilutum, quum vis medica in Spiritu Vini non quaeritur. GRAY pro Uncia Herbae sicce Spir. Vini rect. Unc. sex, AUGUSTIN duas sumit.

† TINCTURA ACONITI AETHEREA. Aetherische Eisenhüttentinctur. Teinture éthérée d'Aconit.

Rec. Hb. Aconiti pulveratae Unc. unam, infunde Naphthae Vitrioli Unc. quatuor in vase infundibuliformi ad depellendos liquores apto, inferne epistomio parvo superino, superne lamina vitrea cum arena laevigata, munito. Post aliquot dies liquidum, epistomio demto, emanare sine, et leni pressione, quantum fieri potest, extrica. Liquores collectos loco frigido, vasis optime clausis serva. Est coloris e viridi fusciscentis.

Ad modum Ph. Gall. 1837. Ph. Boruss. ad Hb. Aconiti Unc. singulas Liquoris anodyn. mineral. Horr. Unc. octo, Ph. Hann. et AUGUSTIN Unc. quatuor praescribunt; Ph. Hass., VOGT Liquoris nonnisi Unc. sex, tum Ph. Lipp. et Oldenb. Unc. duas et semis pro eadem copia Herbae siccae. VAN MONS Naphthae Vitrioli Unc. tres; Ph. Hass. 1806 duas; denique NIEMANN et TROMMSDORFF scriptis: Rec. Hb. Aconit. rec. Unc. duas, incisus infunde Spir. Vini rectiss. Unc. tres, digere per octiduum et colatis adde Naphthae Aceti Unc. unam. HENRY-GUIBOURT: Hb. Aconiti Unc. unam, Naphth. Vitrioli Unc. octo.

TINCTURA ACORI vid. Tinctura Calami.

TINCTURA ADIANTHI ALBI Disp. Ratisb. Rec. Hb. Adianthi albi quantum vis, affunde Spirit. Vini rect. ad eminentiam digitorum trium; liquor decanthatus et expressus alteri et tertiae Herbarum vi infunditur.

TINCTURA ADSTRINGENS ST. MARIE.

Rec. Rad. Lopezianae Indicae Drachm. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. duas et semis. Dig. filtr. — Vide quoque Tinctura saturnina.

TINCTURA AETHEREA etc. vide suo nomine ab ingredientibus desumpto.

TINCTURA ALCALINA vid. Tinctura kalina et Antimonii acris.

TINCTURA ALCEAE.

Rec. Petalorum Alceae Drachm. unam; parti maxime coloratae infunde Spir. Vini rectiss. Unc. duas, digere leni calore, filtra.

TINCTURA ALCOHOLICA HYPERICI vid. Balsamum catholicum (p. 111).

TINCTURA ALCOHOLICA OPII SAPONACEA vid. Balsamum anodynum (p. 108).

TINCTURA ALOES. Aloë-tinctur. Teinture d'Aloës.

*Synon.*: Essentia Aloës, Alcohol aloëticus, s. cum Aloë perfoliata, Alcohol Aloës Ph. Bavar.

Rec. Aloës lucidae Uncias tres, grossiuscule contusam immitte in vas idoneum et affunde Spiritus Vini rectificati Libram unam.

Interdum agitata stent per dies aliquot, donec Aloë ex toto soluta fuerit. Filtra. — *Vis*: purgans.

Sit coloris fusco-virescentis; si aquae instillatur primum omne praecipitatum agitando dissolvitur, tum ulteriore copia addita aqua lactescit.

*Usus*: interne ad guttas triginta; externe ad usum chirurgorum.

Cum formula nostra congruit Ph. Gall. 1818; quae anno 1837 producit Spiritum fortio-rem; ponderis ratione immutata, proponit. Spiritu autem dilutiore, qualis est rectificatus, Aloë totam citius citiusque dissolvi, experientia compertum est, quare in hac re cum Ph. Boruss. ed. 5, quae rectificatissimum vult, dissentimus. In ponderum rationibus Codices passim inter se discrepant. Ph. Fuld., Hann., Oldenb., Palat., Saxon., Wirt. Aloës partem unam et Spiritus Vini rectificati partes quinque praescribunt. Ph. Austr., Bavar., Parm., Sard., Fer-

rarini, Taddei Spiritus Vini rectificati partes sex proponunt, Ph Boruss. ed. 5, Hisp., Slesv.-Hols. part. sex Spir. Vini rectificatissimi Ph. Amstel., Antw., Batav., Belg., Brem., Brunsv., Hass., Lipp., VAN MONS, HENRY-GUIB. Aloes partem unam, Spir. Vini rect. part. octo volunt. BRUGNATELLI partes sedecim. Disp. Prag., Ratisb.: Rec. Aloës Unc. duas, Spir. Vini tartarisat. Unc. sex. Disp. Brand. non bene definit ponderum rationes, sed Aq. Cichorii et Spiritu Vini tartaris. solvit Ph. Lond. 1836: Aloës Unc. unam, Extr. Liquir. Unc. tres, Aq. dest. Unc. triginta, Spir. Vini rect. Unc. decem.

**TINCTURA ALOES AETHEREA.**

*Aetherische Aloetinctur. Teinture éthérée d'Aloës.*

Ph. Edinb.: Rec. Aloës Succotr., Myrrh.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. unam et semis, Croci Anglici Unc. unam, Naphthae Vitrioli Libr. unam GRAY: Myrrh. Unc. unam et semis, Liq. anodyn. mineral. Hoffm. Libr. unam, Aloës Unc. unam et semis, Croci Unc. unam.

**TINCTURA ALOES AQUOSA, s.**

*Aloes Socotrinae, s. laxativa. Wässrige Aloetinctur. Teinture aqueuse d'Aloës.*

Ph. Edinb.: Rec. Aloës Unc. semis, Succ. Liquirit. dep. Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, Aquae Libr. unam. Ph. Lond.: Aquae Unc. sedecim, cet. par., Ph. Dublin., Bat. Aquae, Spir. Vini rect.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. octo cet. par. Ph. Amer. septentr. Spir. Vini rect. Unc. sedecim, Aqua omitta cet. par. (Mixtio non bene concinna, saporis nauseosi amaro-dulcis.)

**TINCTURA ALOES COMPOSITA, s. crocata,** vid. Elixir Proprietatis PARACELSI (p. 298) et Elixir ad longam vitam (p. 293).

**TINCTURA ALOES ET MYRRHAE.**

Ph. Gall. mil.: Rec. Tinct. Aloës, — Myrrh.  $\bar{a}\bar{a}$  part. aequal. Ph. Herbig.: Aloës Unc. unam, Myrrh. Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis BRUGNATELLI: Myrrh. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, digestis adde Aloës Unc. unam et semis; digere denuo et filtra. (Cf. Elixir Proprietatis PARACELSI, quod croco adjecto potissimum differt et appetivam.)

**TINCTURA ALOETICA ALCALINA** vid. Elixir proprietatis BOERHAVII.

**TINCTURA AMARA. Bittere Tinctur. Teinture amère.**

*Synon.:* Essentia amara; quibusdam Codicibus Elixir balsamicum temperatum HOFFMANNI (p. 289), vel Elixir viscerale SROUGHTON (p. 304), Tinctura Gentianae composita.

Rec. Herbae Centaurii minoris,  
Pomorum Aurantii immaturorum,  
Radici Gentianae rubrae  $\bar{a}\bar{a}$   
Uncias duas,  
Radici Zedoariae Unciam unam.

Concisis, contusis affunde in vase idoneo

Spiritus Vini rectificati Libras tres.

Digere per dies sex, vas saepius agitando, tum exprime et filtra. — *Vis:* stomachica, roborans, tonica.

Sit coloris fuscii parum virescentis.

Haec formula cum Ph. Bor. ed. 3 et 5, Hann., Polon., Saxon., Slesv.-Hols. congruit; Ph. Hass. pro Radice Zedoariae Radicem Zingiberis, pondere immutato, proponit. Ph. Batav., Belg. (Tinctura amara composita): Rec. Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Curassav. Unc. unam, Canellae albae Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Brand., Palat., Ratisb.: Hb. Absinth. vulg. Unc. unam et semis, Hb. Centaurii min., — Scolopendr., — Card. bened.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. unam, — Cochlear. Unc. semis, Bacc. Junip. Unc. unam et semis, Flaved. Cort. Aurant., Rad. Zedoar., — Gentian., Aloës lucid., Myrrh.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. unam, Spir. Vini Gallici Libr. quatuor. Disp. Brunsv.: Hb. Trifol. fibrin., — Tanaceti  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. semis, Rad. Angelic., — Pimpinell. alb., — Gentian., Gummi Hederae, Succini  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. Disp. Lipp.: Hb. Trifol. fibrin. recent., — Tanaceti recent., — Scordii recent.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. quatuor, concisis infunde Aq. comm. fervid. Libr. unam et semis, per duodecim horas digesta cola per linteum, et, liquoribus rejectis, residuo in cucurbita vitrea admisce Fruct. Aurant. immatur. contus. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas; digere, cola cum expressione et filtra. TRILBERT: Rec. Hb. Absinth., — Centaur. min., — Fumar., — Card. bened., — Trifol. fibrin., — Millefol., Flor. Chamomill.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. semis, Rad. Gentian., — Caryophyll.  $\bar{a}\bar{a}$  Unc. unam, Cort. Aurant. Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Argent. 1757: Rad. Angelic., — Pimpinell. alb.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. unam et semis, — Gentian. Drachm. unam, Hb. Tanacet., — Trifol. fibrin.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. duas, — Chamaedr., — Scordii, — Centaur. min.  $\bar{a}\bar{a}$  Drachm. unam, — Mari Veri Drachm. semis, Spirit. Vini rectific. Unc. octo. Ph. Dan., Fenn. vid. Tinctura Absinthii composita. Ph. Wirt. vid. Tinct. Gentianae composita. Ph. Austr., Oldenb. vid. Tinctura Gen-

tianae alkalina. (Pro indole simili affinia sunt Elixiria stomachica, balsamica, visceralia, cet.)

**TINCTURA AMARA COMPOSITA** Ph. Gall. 1818 vid. Elixir viscerale STOUTON (p. 304).

**TINCTURA AMARA HALENSIS.**

NIEMANN: Rec. Hb. Absinth., — Tanacet., — Centaur. min., — Trifol. fibr.  $\overline{aa}$  Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. decem, Sal. Tartari Unc. decem; digesta per dies decem cola. SWEDIAUR: Hb. Absinth., — Tanacet., — Centaur. min.  $\overline{aa}$  Unc. sex, — Trifol. fibrin. Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. decem, Sal. Tartari Unc. unam; digere, cola, tum adde Tinct. Succini Unc. duas, Tincturam e Rad. Angel., — Gentian., — Patient., Cort. Aurant  $\overline{aa}$  Unc. duas et Spir. Vini rect. Unc. viginti paratam.

**TINCTURA AMARIGANS.**

Disp. Prag.: Rec. Extr. amari compos. Unc. tres, Spir. Vini tartaris. Libr. unam; digere, et decantha. Disp. Vienn.: Extr. amari Unc. duas, Sal. Tartari Drachm. duas, Spir. nitri dulc. Libr. unam.

**TINCTURA AMBRAE** et composita vid. Essentia Ambrae (p. 372 seq.).

**TINCTURA AMMONIATA AROMATICA** vid. Spiritus Salis Ammoniaci aromat. (p. 760).

**TINCTURA AMOMI REPENTIS** vid. Tinctura Cardamomi.

**TINCTURA AMOMI ZINGIBERIS** v. Tinctura Zingiberis.

**TINCTURA ANGELICAE**, s. Essentia Angelicae, s. Radicis Angelicae. Angelikawurzel: Tinctur. *Teinture de racines d'Angélique.*

Ph. Sax., Fuld., Lipp.: Rec. Rad. Angelicae modice siccatarum Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, digere, filtra. Ph. Hann., Pal., Wirt.: Radicis Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quinque; Ph. Hass., Austr. Unc. sex. VAN MONS: Fol. et Stipit. Angelic., Rad. Angelic.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spir. Semin. Angelic. Unc. octo; digere, filtra.

**TINCTURA ANGELICAE AMMONIATA**, s. Sal volatile oleosum Angelicae

BOENHAYE

Rec. Rad recent. Angelic. Unc. duas, Sal. Ammoniaci Unc. unam, Ciner. clavell. Drachm. tres, Spir. Vini Libr. duas; distillationem institue, destillatum denuo cum Rad. Angelic. Unc. una destillet. (Vis: carminativa, diaphoretica, diuretica.)

**TINCTURA ANGSTURAE**, s. Essentia Angusturae, s. T. Bruceae, s. — Bonplandiae trifoliatae s. — Cuspariae.

Ph. Antw.: Rec. Cort. Angusturae Unc. unam, infunde Spir. Vini rect. Unc. quatuor; digere, cola; residuo iterum infunde Spir. Vini

rect. Unc. duas; digere, cola; liquores collectos filtra. Ph. Amst., Bat.: Cort. Angust. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Amer. Cort. Unc. unam, Spir. Vini Unc. sedecim. Ph. Dublin., SWEDIAUR: Cort. Unc. unam, Spir. Vini Libr. unam. Ph. Edinb. Cort. Unc. unam, Spir. Vini Unc. quindecim. VAN MONS Cort. Unc. unam, Spir. Vini Unc. sex.

**TINCTURA ANIME.**

GRAY: Gummi Anime Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo; solve, filtra.

**TINCTURA ANODYNA.** Schmerzstillende Tinctur.

Formulae quaedam antiquae, ob Laudani liquidi SYDENHAMII celebritatem merito oblivione obrutae, ita denominantur; e. gr. sec. Ph. Prag. (Essentia anodyna LANGELOTTI) Rec. Laudani cydoniati Drachm. duas, Spiritus Cydoniorum Unc. unam, vel (Disp. Vienn.) Unc. sesqui. Disp. Brand., Wirt. (Essentia anodyna LUDOVICI): Extr. Opii aqua parati Unc. unam, Aq. apoplect. spir., Spir. Vitrioli roridi  $\overline{aa}$  Unc. quatuor.

**TINCTURA ANODYNA LENTINI** = Tinctura Valerianae aetherea.

**TINCTURA ANODYNA LUDOVICI** Ph. Wirt.

Rec. Extr. Opii aq. Unc. unam, Aq. apoplect. spir., Spir. Vitrioli cum spiritu volatile mixti  $\overline{aa}$  Unc. quatuor. Extrahe, ut artis est, tincturam filtra et serva.

**TINCTURA ANODYNA OFFICINALIS.**

Ph. Wirt.: Extr. Opii aquos. Unc. unam, Aq. Cinnamomi spir. Unc. novem.

**TINCTURA ANODYNA VOLATILIS** vide Tinctura Opii ammoniacalis.

**TINCTURA ANTARTHRITICA**, Essentia arthritica. Gichttinctur.

Disp. Brunsv.: Rec. Lumbric. terrestr. rec. ablut., cum Ol. Tartari per deliq. in pulviculam redactorum, Unc. unam, Rad. Aristol. rot., Rad. Junip.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Succ. Hb. Chamaepit. rec. inspissati Drachm. tres, Castorei, Croci, Sal. Tartari  $\overline{aa}$  Drachm. duas; infunde Spir. Cochleariae Libr. unam, digere, cola. Ph. Wirt. (dicta HOFFMANNI, sine Opio) Lumbric. terrestr. Unc. tres, Ol. Tart. per deliq. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam, Castor. Drachm. duas, Croci Drachm. unam; digere, filtra; vel: Ph. Wirt., Pal. (dicta HOFFMANNI, cum Opio): Lumbric. terrestr. Unc. duas, Rad. Cynogloss. Unc. unam, Castor. Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Opii Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam; digere, filtra. Clin. chir. Berol.: Tinct. Antimon. acris Unc. duas, Tinct. Guajaci Unc. unam, Tinct. Opii Drachm. duas.

**TINCTURA ANTARTHRITICA HOFFMANNI SINE OPIO** Ph. Wirt.

Rec. Lumbric. terrestr. praep. Unc. tres,

affunde Olei sive Liq. Sal. Tart. per deliquium Unc. duas, stent in vitro bene clauso per viginti quatuor horas, postea affundantur Spir. Vini rectiss. Unc. duodecim, addantur Castorei Drachm. duae, Croci Drachm. una; stent de nuo per triduum in digestionem. Liqueor tinctus per chartam emporeticam filtratus, servetur.

TINCTURA ANTARTHRICTICA CUM OPIO  
ejusdem.

Rec. Lumbric. terrest. praep. Unc. duas, Rad. Cynogloss. Unc. unam, Castorei Drachm. duas, Croci Drachm. semis, Opii Drachm. unam, affunde tritis Spir. Vini rect. Libr. unam, post sufficientem extractionem et filtrationem adde Spir. Cochleariae Unc. unam.

TINCTURA ANTEPILEPTICA.

Disp. Brand.: Rec. Sal. Succini volat., Sal. volat. Cranii humani  $\bar{aa}$  Scrup. unum, Castorei Drachm. duas; infunde Spir. Lilior. convall. q. s., digere, filtra. VAN MONS: Flor. rec. Convall. Unc. semis, Spir. Lavend. Unc. quatuor, macera, exprime tum infunde in Croci, Succiniusti  $\bar{aa}$  Drachm. unam, Castorei Drachm. duas, liquoris post digest. refrigerato adde Liqueor. Salis Ammon. aquos., Spir. camphorat.  $\bar{aa}$  Unc. quatuor.

TINCTURA ANTHEMIDIS vid. Tinctura Chamomillae.

TINCTURA ANTIFEBRILIS.

Disp. Brand.: Rec. Cort. Chinae opt. Unc. tres, Rad. Centian. Unc. duas, — Imperator., — Serpentar. Virg.  $\bar{aa}$  Unc. unam, Hb. Absinth., — Card. bened., — Centaur. min.  $\bar{aa}$  Unc. quatuor, Aloës, Myrrh.  $\bar{aa}$  Unc. semis; Bacc. Lauri Unc. unam, Caryophyll. Sal. Tartari  $\bar{aa}$  Drachm. duas, Vini Hispanici Unc. quinquaginta; digere, filtra.

TINCTURA ANTICHOLOERICA.

Ph. antich. WILH.: Rec. Hb. Absinth., Cort. Aurant., Rad. Angelic., — Zingiber.  $\bar{aa}$  Unc. semis, Caryophyll. arom. Drachm. duas, Spir. Vini rectiss. Libr. tres; vel: Vini Medoc (seu Pontac seu Tocaviens.) Libr. duas, Caryophyll., Cinnamom., Cort. Chinae  $\bar{aa}$  Unc. unam; digestis, filtratis adde Camphor. Drachm. unam in Spir. Vini Unc. semis solut.

TINCTURA ANTIEMETICA STABK.

Ph. antich. WILH.: Rec. Tinct. Opii simpl. Drachm. semis, Potion. RIVER. Unc. unam et semis.

TINCTURA ANTIGONORRHOICA s. contra gonorrhoeam.

PIERQUIN: Rec. Nitri Unc. duas, Sal. Ammon. Unc. duas, Aq. comm. Unc. sedecim, Camphor. Drachm. duas, Spir. Vini rect. q. s. ad Camph. solvend.

TINCTURA ANTIHYSTERICA vid. Essentia antihysterica (p. 373).

TINCTURA ANTIHYPOCHONDRIACA.

Disp. Vienn.: Rec. Rad. Hellebori nigri

Unc. duas, Croci, Nitri, Santali rubri, Salis Tart.  $\bar{aa}$  Drachm. duas, Flor. Hyperici Drachm. sex, Spir. Nitri dulc. q. s. (Libr. una?)

† TINCTURA ANTIMONII ACRISS. s. Tinctura Antim. acris HOFFMANNI, Tinctura Antimonii martialis regulina Disp. Brand., Ratisb., s. Antimonii Tinct. acris Disp. Brunsv., Tinctura Stibii alcalisata. *Scharfe Spiesglanztinctur.*

*Teinture d'Antimoine acre.*

Rec. Reguli antimonii, Nitri depurati  $\bar{aa}$  Libram unam; pulverata et mixta detinentur in crucibulo, et operculo tecta per horae unius spatium rubescant. Massam adhuc calidam in mortario calefacto contusam ingere in cucurbitam et infunde Spiritus Vini rectificati Libr. unam et semis; digere caloris adminiculo, et liquorem rubicundum, quiete limpidum, decantatione sive Siphonis vitrei ope in lagenas bene claudendas transfer.

Ex KLAUERN, Pharmacopolae eruditissimi, experimentis patet, Tinctura Antimonii acris, ad hanc methodum (Disp. Brunsv.) parata Oxydum Antimonii contineri, idque in Drachmis quinque granum integrum. Quamquam, quod objectabatur, hanc tincturam ab Antimonio nil nisi nomen ducere, non probatum est, ideo eam ab oblivione vindicari dignam non putamus, quum certiores formulae extant Antimonium aegris ingerendi, et medicamenti virtutes magnopere pendent a variis casibus in parando non semper evitandis. Spiritum Vini fortorem adhiberi, quam rectificatum i. e. qui habeat 60 part. cent. Alcoholis absoluti, non licet, quum, quae rectificatissimo paratur tinctura, Oxydi Antimonii ne vestigia quidem prodit. Per longum temporis spatium Tinctura, quam innuimus, cum Tinctura Kalina, — Tartari, — Metallorum confundebatur; sed haec, Antimonio carentes, nunc discernendae, et suo loco reperiundae.

Discrepant Codices, hanc methodum statuentes, ponderum rationibus. Disp. Fuld.: Reguli Antimon. Unc. tres, Nitri Libr. unam et semis, Spir. Vini rectiss. Libr. quatuor. Disp. Lipp.: Reguli Unc. unam et semis, Nitri Unc. novem, Spir. Vini Libr. duas. Ph. Wirt.: Reguli Unc. quatuor, Nitri Unc. viginti, Spir. Vini Libr. unam et semis. SPIELMANN: Reguli Unc. quatuor, Nitri Unc. octo, Spir. Vini Libram. Omnes hae formulae nimia Nitri copia non Oxydum Antimonii sed Acidum antimonosum et antimonicum, Potassa junctum, edunt. (Vis putatur resolvens, diaphoretica, diuretica; Usus merito melioribus remediis cessit.)

TINCTURA ANTIMONII ANISATA.

Disp. Vienn., Prag.: Rec. Antimonii crudi Libr. unam, Tartari crudi, Nitri  $\bar{aa}$  Unc.

novem, Limatur. Mart. Libr. semis; in crucibulo rubescant per horam dimidiam; effunde, in pulverem redige, et irrota Ol. Anisi Unc. una; tum adde Spir. Vini rectiss. Libr. duas, et extrahe.

TINCTURA ANTIMONII BALSAMICA, s. nigra.

Disp. Brunsv.: Rec. Antimon. crudi Unc. sex, in crucibulo liquatis insperge Nitri Unc. unam et semis, et rubescant per aliquot tempus, massam exentam coque cum Ciner. clavell. Unc. octo, et Aq. Libr. duabus ad mellis consistentiam, tum adde Spir. Vini rectiss. Libr. unam, digere, decantha. (Formula inepta; continere potest tinctura Sulphuretum Kali, Kali causticum, fortasse et Sulphuretum Antimonii; obsolevit.)

† TINCTURA ANTIMONII JACOBI s. HERMBSTAEDTII, s. Tinctura Antimonii saponata Ph. Lipp., Saxon., Sulphur auratum liquidum, Liqueur Saponis stibiati Ph. Bor., Dan., Tinctura Saponis Antimonii. Flüßiger Goldschwefel, Jacob's Spiessglanztinctur. Liqueur de Sapon stibié. (Nomen ducit a Joh. Chr. Jacobi, medico itemque pharmacopola Weimariensi, qui Seculi duodevigesimi media parte vixit)

Rec. Sulphuris aurati Antimonii Unciam unam, in patina porcellanea, addito aquae purae pauxillo, pistilli vitrei ope in pulvis mollissimae formam redige, tum adde Lixivii caustici Kalini quantum sufficit, ut color miscelae albidus fiat, nec leniter calefactae trituratione continua denuo in flavum vergat; injice Saponis medicati tenuissimae rasi Unc. tres, et pistilli ope omnia exacte misce; adde Aquae destillatae Unc. sex, calefac donec solutione peracta massa gelatinescat, tum adde Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex, et agitatione solutionem promove, qua peracta omnia per chartam filtra. — Vis: resolvens, diaphoretica, diuretica.

Sit liquor limpidus recens paratus coloris leviter flavi, addito acido gas hydrothionicum evolvitur et liquor sedimento aurantiaco turbidus fit. Pond. spec. = 1,100 ad 1,110.

Usus: in asthmate, obstructione viscerum abdominalium, rheumatismo chronico, arthritide.

Haec formula cum Ph. Bor. ed. 3 et 5, Polon., Saxon. et HUFEL. Ph. paup. congruit. Praeparandi methodum accuratius exposuimus, ne magna Sulphuris aurati pars intacta remaneret. Ph. Dan., Hann., Oldenb.: Rec. Sapon. antimonialis Unc. octo, Tinct. Kalin., Aq. dest. (Ph. Hann. Aq. Cinnamom.)  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam; digere leni calore, filtra. Ph. Hass., VAN MONS: Sapon. an-

timon. Unc. duas, Tinct. Kalin., Aq. Cinnam.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. tres. Disp. Fuld.: Sapon. antim. Unc. duas, Tinct. Antimonii acris ad dimidium concentratae Unc. sex. Disp. Lipp.: Sulphur. aurat. Antimon. Unc. duas, Alkali caustici vegetab. Unc. tres, Aq. comm. Libr. unam et semis, digere ad solutionem, adde Ol. Amygd. Unc. quatuor, coque ad saponificationem, adde Spir. Vini rectiss. Libr. unam et semis, distillatione lenta Unc. octo elice, residuum habebis tincturam (Methodus satis inepta) Ph. Herbig.: Sapon. medicat. Unc. unam, solve in Tinctura Antimon. acris per abstractionem spiritus ad dimidium redacti ad digitorum trium eminentiam affusa. (Nimis incerta ratio.)

TINCTURA ANTIMONII TARTARISATA, s. tartari, s. Salis tartari, Elixir aurificum.

Ph. Brunsv., Brand., Pal., Vienn., Wirt.: Rec. Sal. Tartari Libr. unam, Antimon. elect. Libr. semis, rubescant igni forti per horam integram; massam effusam, pulveratam immitte in phiolam et infunde Spir. Vini rectiss. Libr. unam, Liquorem colore rufo tinctum caute a sedimento defunde et iterum affunde Spir. Vini rectiss. Libr. unam, digere, decantha, liquores junge. (Formula obsoleta, propter Tincturam Antimonii acrem atque kalinam supervacanea.)

TINCTURA ANTINEPHRITICA.

Disp. Vienn.: Rec. Milleped., Fruct. Cynosbati, Bacc. Junip.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. unam, Rad. Pareir. brav. Drachm. sex, Flor. Hyperic., — Genist., Sem. Milii Solis (Lithospermi offic.), — Saxifrag.  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Opobalsami Unc. unam, Bals. Copaiv., — Indic. nigr., Salis Tartari  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis, Spir. Salis dulc., — Nitri dulc.  $\frac{aa}{aa}$  Libr. unam.

TINCTURA ANTIODONTALGICA vide Tinctura PYRETHRI.

TINCTURA ANTIPHTHISICA GRAMANNI s. WEDELI.

Ph. Wirt., Vienn., Brand.: Rec. Sacch. Saturni Unc. semis, Vitrioli Martis Drachm. tres, Aceti Vini crudi Unc. duas, Aq. Rosarum Drachm. sex, solve l. a. et adde Spir. Vini rect. Unc. duas. (Mistio non bene concinnata; decompontur et sedimentum fit grave, fundum petens; obsolevit.)

TINCTURA ANTIPODAGRICA HOFFM.

Rec. Hb. Anagall. purp. Unc. duas, Rad. Calami arom., — Caryophyll., — Acori vulg., — Rhapontici  $\frac{aa}{aa}$  Unc. semis; affunde Spir. Vini opt. q. s. ut aliquantum superemineat, et aliquot guttulas Spir. Vitrioli; extrahe, distillatione abstrahe partem dimidiam, tum adde Spir. Vitrioli Unc. semis, Spir. Salis Unc. duas.

TINCTURA ANTIPYRETICA ELUTIONII.

Rec. Spir. Sulphur. per campan., — Vitrioli rect., — Salis acidi  $\frac{aa}{aa}$  part. aeq., digere cum Spir. Vini pondere triplo horum omnium et

destilla ad siccitatem; hujus Spiritus sume Libr. tres, Rad. Angelic., — Serpentar. Virg., Sem. Cardamom.  $\overline{aa}$  Drachm. sex; extrahe, filtra.

**TINCTURA ANTIRHEUMATICA PIERQUIN.**

Rec. Sem. Stramon. Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Libr. unam, extrahe, cola adde Extr. Opii Unc. unam, Spir. camphor. aromat. Unc. duas.

**TINCTURA ANTISCORBUTICA** vid. Essentia antiscorbutica (p. 373).

**TINCTURA ANTISPASMODICA.** Krampfstillende Tinctur.

Ph. Lusit. vet.: Rec. Tinct. Opii camph. Gutt. duodecim, Aq. Menth. pip. Unc. duas. Altera formula: Hb. Valerian., — Mari  $\overline{aa}$  Unc. unam, Liq. anod. min Hoffm. Unc. sex; vel: Rad. Valer., Hb. Mari  $\overline{aa}$  Unc. semis, Spir. Vini rectificatiss. Unc. quatuor, Spir. Vitrioli Drachm. unam; digere, filtra.

**TINCTURA ANTISPASMODICA CHRETIEN.**

Rec. Opii Gran. quadraginta octo, Spir. Vini rect. Unc. quatuor; vel: Opii Drachm. unam, Camphor. Unc. semis, Spir. Vini Libr. unam.

**TINCTURA ANTISPASMODICA CAMPHORATA** vid. Tinctura Opii camphorata.

**TINCTURA ANTISPASMODICA DUMASII.**

PIERQUIN: Rec. Opii Gran. quadraginta, Camphor., Succin.  $\overline{aa}$  Drachm. semis, Spir. Vini rectiss. Unc. sex.

**TINCTURA ANTISPASMODICA KEUPI** vid. Tinctura Valerianae aetherea.

**TINCTURA ANTISPASMODICA LENTINI** = Tinctura Valerianae aetherea.

**TINCTURA ANTISPASMODICA ET TONICA.**

PIERQUIN: Rec. Rad. Valer., Pulv. Cort. Chin.  $\overline{aa}$  Drachm. duas, — Rad. Ipecac. Drachm. semis, Decoct. fervid. capit. Papav. albi Unc. sedecim, infunde per diem, adde Syr. Hederae terrestr. Unc. unam.

**TINCTURA ANTISPASMODICO - EMME-  
NAGOCA.**

PIERQUIN: Rec. Aloës Drachm. semis, Moschi Scrup. duos, Ambr. gris. Drachm. duas, Spir. Vini rectiss. q. s. (P Unc. duas), filtra post extractionem.

† **TINCTURA ANTISYPHILITICA.**

AUGUSTIN: Rec. Mercur. Sublim. corros. Scrup. unum, Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor, Bals. Canad., Resin. Guajaci  $\overline{aa}$  Unc. duas, solutas in Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor, adde Ol. Sassafras Drachm. duas.

**TINCTURA ANTISYPHILITICA BESNARDI.**

Rec. Sal. Tartari Libr. unam solve in Aq. Cinnam. simpl. Libr. una; tum Opii Unc. duas solve in Aq. Cinnam. vinos. Unc. quatuor, so-

lutiones misce et per tres hebdomadas seponere; colaturae adde Gummi Arab. Unc. duas, Sal. Alcali volat. sicc. Unc. unam, in Aq. Cinnam. simpl. Unc. sex solutas. VAN MONS: Opii Unc. duas, Aq. Cinnam. vinos. Unc. viginti, maceratis adde Gummi Arab. Unc. duas, Sal. Alcali volat. sicc. Unc. unam, Sal. Tart. Unc. quatuor; vel: Sal. Tartari Unc. tres, Opii, Gummi Arab.  $\overline{aa}$  Unc. semis, Aq. Chamomill. Unc. sex, Sal. Alcali volat. sicc., Spir. Vini simpl.  $\overline{aa}$  Drachm. duas. AUGUSTIN: Sal. Tartari Unc. semis, Aq. Cinnam. Unc. quatuor, Opii Gran. duo, Sal. Alcali volat. sicc. Drachm. unam.

**TINCTURA ANTISYPHILITICA TALBOTII.**

AUGUSTIN: Rec. Sal. Tartari Unc. duas, Aq. Meliss. Unc. tres et semis, Extr. Opii. — Chelidon.  $\overline{aa}$  Scrup. semis, post digest. adde Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas. (Antecedentis similis)

† **TINCTURA ANTIVENEREA**

FALCKII, s. Elixir balsamicum purificans, Tinctura Balsami Canadensis, itemque mundificans, Tinctura balsamica purificans. Falk's antivenerische Tinctur, Canadensische Balsamtinctur. Teinture de Baume de Canada.

BORIES, PIERQUIN, SPIELMANN: Rec. Mercur. sublimat. corros. Scrup. unum, Spir. Vini rectiss. Unc. unam, solve, adde Resin. Guajaci, Balsam. Canadens  $\overline{aa}$  Unc. unam, soluta in Spir. Vini rectiss. Unc. septem; adde Ol. Sassafras Drachm. duas, agitatione in lagenis immiscendas. Ph. Herbip.: Mercur. sublim. corros. Scrup. unum, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, solve; Terelinth. Ven. (MARCUS. LEBRECHT Balsam. canad. verum), Resin. Guajaci  $\overline{aa}$  Unc. unam solve in Spir. Vini rect. Unc. quatuor; liquores subsidentia limpidefactos junge et adde Ol. Sassafras Drachm. duas. VAN MONS brevior: Mercur. sublim. corros. Scrup. unum, Ol. Sassafras Drachm. duas, Tinct. Resin. Guajaci Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. unam. Usus ex nomine patet.

**TINCTURA APERTIVA** Ph. paup Hamb.

Rec. Inf. Rhei aq., Liquor. Terrae sol. Tartari  $\overline{aa}$  Unc. semis, Vini antimon. НУХРАМ Drachm. unam.

**TINCTURA ARNICAE.** Arnica-tinctur, Wohlverleisztinctur. Teinture d'Arnica.

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Polon.: Rec. Flor. Arnicae Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Libr. unam, digere, filtra.

**TINCTURA ARNICAE AETHEREA** Ph. Gall. 1818.

Rec. Flor. Arnicae Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Unc. unam, digesta exprime.

**TINCTURA AROMATICA.**  
Gewürzinctur. *Teinture aromatique.*

*Synon.*: Essentia aromatica, Alcohol aromaticum, Tinctura Cinnamomi composita.

Rec. Cinnamomi Uncias duas,  
Cardamomi minoris,  
Caryophyllorum,  
Radicis Galangae,  
— Zingiberis  $\overline{aa}$  Unciam  
semis,  
Spiritus Vini rectificatissimi  
Libras duas,  
infunde, digere, exprime, filtra.

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Dan., Hann., Hamb. 1835, Hass., Oldenb., Polon., Saxon. 1837, Slesv.-Hols. cum formula nostra consentiunt. Ph. Lond. 1836: Cinnamomi Unc. unam, Cardamomi Unc. semis, Piper. longi, Rad. Zingib.  $\overline{aa}$  Drachm. duas et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Bavar.: Cinnamomi Unc. quatuor, Cardamomi, Caryophyll., Galangae  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. Fenn. et Succ.: Canell. alb., Cinnamomi, Galangae  $\overline{aa}$  Unc. semis, Cardamomi Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Edinb.: Cinnamomi, Sem. Amomi  $\overline{aa}$  Unc. unam, Piper. longi Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis.

TINCTURA AROMATICA ACIDA vid. Elixir Vitrioli MYNSIGHTI (p. 305).

TINCTURA AROMATICA AMMONIATA vid. Spiritus aromaticus oleosus STELVI.

**TINCTURA ASAE FOETIDAE.** Stinkasandinctur. *Teinture d'Asa fétida.*

Rec. Asae foetidae Uncias duas,  
Spiritus Vini rectificatissimi  
Libram unam,  
digere in vase clauso per dies  
quatuordecim et filtra. — *Vis*:  
antihysterica.

Cum formula illa Ph. Bor. ed. 5, Hann., Hamb. 1835, Bavar., Lipp., Fenn., Oldenb., Saxon. 1837, Slesv.-Hols. consentiunt. Ph. Lond. 1836: Asae foetid. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Gall. 1837: Asae foetid. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. Ph. Edinb.: Asae foetid. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. duas et semis. Ph. Dubl.: Asae

foetid. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, Aq. comm. Unc. octo.

TINCTURA ASAE FOETIDAE AETHEREA Ph. Gall. 1818 et 1837.

Rec. Asae foetidae Unc. quatuor, Naphthae Vitrioli Unc. sedecim, macerata filtra.

TINCTURA ASAE FOETIDAE AMMONIATA vid. Spiritus Salis Ammoniaci foetidus (p. 762).

TINCTURA ASAE FOETIDAE COMPOSITA HENRY-GUIBOURT.

Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Fuliginis splendent. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres, digesta filtra.

TINCTURA ASAE FOETIDAE KALICA Ph. Wirt., Brunsv.

Rec. Asae foetid., Sal. Tartari  $\overline{aa}$  Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam, per triduum digesta filtra.

TINCTURA ASAE FOETIDAE STIBIATA AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Asae foetid. Drachm. sex, Tinct. Antimonii Jacobi Drachm. duas et semis, Ol. Terebinth. Drachm. duas.

TINCTURA ASARI. Saffelwurztinctur. *Teinture d'Azarum.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Pulv. Asari Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim, digere filtra.

TINCTURA AURANTIORUM vid. Tinctura Corticum Aurantium, et Pomorum.

TINCTURA AURATA VAN MONS.

Rec. Colocynt. Unc. unam et semis, Sem. Anisi Drachm. unam, Caryophyll., Croci  $\overline{aa}$  Scrup. semis, Spir. Vini rect. Unc. viginti.

TINCTURA AUREA vid. Tinctura nervinotonica BESTUSCHREFFI.

† TINCTURA AURI s. Aurum potabile.

Rec. Auri puri Drachm. unam, Aq. regiae Unc. unam, leni calore solve, solutioni adde Ol. Rorismarini Unc. duas, conquassata seponere ut color auri ab oleo absorbeatur; tum oleum separa et in Spiritus Vini rect. Unc. octo solve.

TINCTURA BALSAMI CANADENSIS, Essentia Balsami canadensis roborans. Canadensische Balsamtinctur. *Teinture de baume de Canada.*

Disp. Fuld.: Rec. Balsami canadens. Unc. duas, Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Vini Libr. unam. Alii addunt Ol. Menth. pip. Drachm. duas.

TINCTURA BALSAMI COPAIVAE. Copaiwabalsamtinctur. *Teinture de baume de Copahu.*

Disp. Fuld.: Rec. Balsami Copai. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. octo.



TINCTURA BALSAMI COPAIVAE KALICA  
Disp. Brunsv.

Rec. Bals. Copaiv. Unc. unam, Sal. Tartari  
Drachm. unam, Spir. Vini rectss. Unc. quatuor.

TINCTURA BALSAMI DE MECCA Ph.  
Gall. 1818.

Rec. Balsami de Mecca part. unam, Spir.  
Vini rectss. part. quatuor.

TINCTURA BALSAMI PERU-  
VIANI Perubalsamtinctur. *Teinture  
de baume de Pérou.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Bals. Peruv. Unc. unam,  
Spir. Vini rectss. Unc. octo, digere,  
filtra. Ph. Brunsv., Palat., Hamb.  
1835: Bals. Peruviani Unc. unam, Spir. Vini  
rectss. Unc. sex.

TINCTURA BALSAMI SULPHURIS.

Rec. Bals. Sulphur. terebinth. Unc. duas,  
Spir. Frumenti Libr. unam.

TINCTURA BALSAMI TOLUTANI,  
Tinctura balsamica tolutana.  
*Tolubalsamtinctur.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Bals. Tolutani Unc.  
quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim, di-  
gesta filtra. Ph. Dubl., Edinb., Suec.:  
Bals. Tolut. Unc. unam et semis, Spir. Vini  
rectss. Libr. unam. Ph. Hamb. 1835: Bal-  
sami Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. sex.

TINCTURA BALSAMICA FULLERI.

Rec. Bals. Gilead., — Peruv., — Copaiv.,  
— Tolut.  $\bar{a}$  Drachm. duas, Spir. Vini rect.  
Unc. octo, Tinct. Benzoes Unc. unam, digesta  
filtra.

TINCTURA BALSAMICA GMELINI vide  
Essentia balsamica GMELINI (p. 374).

TINCTURA BALSAMICA COMPOSITA vid.  
Balsamum Commendatoris (p. 112).

TINCTURA BALSAMICA PURIFICANS vid.  
Tinctura antivenerica FALKLII.

† TINCTURA BELLADONNAE.  
Belladonnatinctur. *Teinture de Bella-  
donnae.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Hb. Belladonn.  
sicc. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam.  
Ph. Hamb. 1835: Hb. Belladonn. Unc. duas,  
cet. par. Ph. Gall. 1837: Hb. Bellad. Unc.  
quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim; haec  
Pharm. alteram formulam tradit, scilicet:  
Fol. Belladonn. recent., Spir. Vini rectss.  $\bar{a}$   
Unc. sedecim. Ph. Hamb. 1835: Hb. Bel-  
ladonn. recent. Libr. unam, Spir. Vini rectss.  
Unc. octo.

TINCTURA BELLIDIS FLORUM Ph. Wirt.

Rec. Flor. Bellidis hortensis, colore rubro  
a capitulis suis decerptorum et exsiccorum,  
Unc. semis, Spir. Vitrioli Drachm. unam, Aq.

II.

Flor. Bellid. Unc. quatuor. Stent in digestionem  
per diem et noctem; postea exprimantur et  
filtrentur.

TINCTURA BENZOATIS AMMONIAE COM-  
POSITA vid. Elixir paregoricum Edinburgense  
(p. 294).

TINCTURA BENZOES.  
Benzoetinctur. *Teinture de  
Benjoin.*

Synon.: Essentia Benzoes, Tinctura  
balsamica.

Rec. Benzoes Uncias duas,  
Spiritus Vini rectificatissimi  
Libram unam,  
digere, filtra.

Ph. Bavar., Boruss. ed. 5, Dan.,  
Fuld., Hamb. 1835, Hann., Lipp.,  
Oldenb., Slesv.-Hols., Saxon. 1837  
cum formula illa conveniunt. Ph. Gall.  
1837: Benzoes Unc. quatuor, Spir. Vini rectss.  
Unc. sedecim. Ph. Hass 1827: Benzoes  
Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim.

TINCTURA BENZOES ALOETICA s. bal-  
samica vid. Balsam. Commendatoris (p. 112).

TINCTURA BENZOES COMPOSITA Ph.  
Wirt.

Rec. Benzoes electae pulverisatae Unc. unam,  
Styracis Calam. Unc. unam et semis, Bals. Pe-  
rur. Drachm. unam. Affunde Spir. Vini rect.  
Unc. octo, digerantur et post sufficientem so-  
lutionem filtrentur.

TINCTURA BENZOES SIMPLEX Ph. Wirt.

Rec. Flor. Benzoes Drachm. tres, Spir. Anisi  
Unc. tres; digere lenissimo calore, atque solu-  
tio sive tinctura flavi coloris servetur.

TINCTURA BESTUSCHEFFI vid. Tinctura  
nervino-tonica BESTUSCHEFFI.

TINCTURA BEZOARDICA = Essentia be-  
zoardica.

TINCTURA BONPLANDIAE vid. Tinctura  
Angusturae.

TINCTURA BOTRYOS MEXICANAE.

Ph. Hass., Slesv.-Hols.: Rec. Hb.  
Botryos Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex.

TINCTURA BRUCINAE MAGENDIE.

Rec. Brucinae Gran. quindecim, Spir. Vini  
rectss. Unc. unam.

TINCTURA BUCCU s. Folior. Buccu.

Rec. Fol. Buccu Unc. duas, Spir. Vini rect.  
Libr. unam.

TINCTURA BURGUNDICA.

Rec. Cort. Chinae Drachm. sex, Rad. Calam-  
mi, Cinnamomi  $\bar{a}$  Drachm. unam, Cort Au-  
rant. Drachm. duas, Coccionell. Drachm. se-  
mis, Vini albi Lusitanici Libr. duas et semis.

**TINCTURA CALAMI** s. Calami aromatici. Kalmuſtinctur. *Teinture d'Acorus aromatique.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols.: Rec. Rad. Calami Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. tres, digere, filtra. Ph. Brunsv., Wirt. Rad. Calami Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. sex. Ph. Hann. 1833, Hamb. 1835: Rad. Calami Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Hass.: Rad. Calami Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas.

**TINCTURA CALAMI COMPOSITA.** Zusammengeſetzte Kalmuſtinctur. *Teinture composée d'Acorus.*

Ph. Bor. ed. 3 et 5, Polon., Hamb., Hann., Slesv.-Hols.: Rec. Rad. Calami Unc. tres, — Zedoariae, — Zingiberis ꝰꝰ Unc. unam, Pomor. Aurant. immatur. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. tres. Digere et filtra.

**TINCTURA CALUMBAE** = Tinctura Columbo.

**TINCTURA CAMBOGIAE** vid. Tinctura Cammi Gutti.

**TINCTURA CAMPHORAE COMPOSITA** s. opiata vid. Elixir paregoricum.

† **TINCTURA CANTHARIDUM.** Cantharidentinctur. *Teinture de Cantharides.*

*Synon.:* Alcohol cantharidatus, Tinctura Lyttae vesicatoriae s. Meloſs vesicatoriae. Spaniſchſtegentinctur.

Rec. Cantharidum grossiuscule pulveratarum Unciam unam,

Spiritus Vini rectificati Libram unam,

mixta incalescant in balneo aquae, tum seponantur. Frigefacta post tres dies filtrentur.

*Vis:* irritans, vesicatoria.

Codicum hac in re dissensus eheu! maximus. Cum formula supra exhibitâ Ph. Boruss. ed. 5, Saxon. 1837, nisi quod Spiritum rectificatissimum sumant, conveniunt. Ceterorum agmen a debilibus incipientes ad fortiores progressuri perstringamus.

Ph. Edinb. tenuissimam Tincturam habet, extrahit enim Cantharidum Drachm. unam, Spiritus Vini rect. Libr. una. Ponderum ratio 1 : 96. Insequitur Ph. Succica, quae Drachmam unam et semis Cantharidum Spiritus Vini rect. Uncis sedecim extrahi vult. Pond. ratio 1 : 85. Ph. Lond. 1836 Cantharidum Unc. semis Spir. Vini Unc. quadraginta extrahit. Ponderum ratio 1 : 80. Ph.

Danica: Cantharid. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, 1 : 32. Ph. Hamb. 1835, Hann., Oldenb., Polon., Wirt. Cantharid. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas. Pond. rat. 1 : 24. Ph. Hass., Slesv. Hols.: Cantharid. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. 1 : 16. Ph. Bor. ed. 5, Saxon., Ross. rationem supra exhibitam 1 : 12 habent. Ph. Gall. 1837, Batav., Belg.: Canthar. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo; 1 : 8. Ph. Austr., Bavar.: Cantharid. Unc. unam, Spir. Vini Unc. sex; 1 : 6.

† **TINCTURA CANTHARIDUM ACETICO SPIRITUOSA** YOUNG.

Rec. Canthar. pulv. Unc. quatuor, Spiritus Vini rectiss. Unc. tres, Aceti concentrati Unc. novem, digere per aliquot dies et cola cum expressione.

† **TINCTURA CANTHARIDUM AETHEREA.** Aetherische Cantharidentinctur. *Teinture étherée de Cantharides.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cantharidum Unc. quatuor, Naphthae Aceti Unc. triginta duas, macerata exprime et filtra in infundibulo bene tecto.

† **TINCTURA CANTHARIDUM CAMPHORATA** LEBBECHT.

Rec. Tinct. Canthar. Unc. semis, Camphor. Drachm. duas.

† **TINCTURA CANTHARIDUM CONCENTRATA.** Concentrirte Cantharidentinctur. *Teinture concentrée de Cantharides.*

Ph. Hamb. 1835: Rec. Cantharid. Unc. tres, Spir. Vini rect. Libr. unam, colat. Unc. decem. Ph. Slesv.-Hols.: Spir. Vini rectiss. cet. par.

**TINCTURA CANTHARIDUM OPIATA** AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Cantharid. Drachm. unam, — Chinae Unc. unam et semis, Elixir. paregor. Unc. semis.

**TINCTURA CANTHARIDUM TEREBINTHINATA** AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Canthar. Drachm. tres, Ol. Terebinth. Unc. unam, Spir. Sal. Ammoniaci caust. Drachm. unam et semis.

**TINCTURA CAPSICI ANNUI.** Spaniſchpfeffertinctur. *Teinture de Capsicum.*

Rec. Fructuum Capsici anni conc. Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Libr. unam, digere et filtra. Ph. Bor. ed. 5, Hann., Saxon. 1837, Slesv.-Hols. hanc formulam habent. Ph. Hamb. 1835: Fruct. Capsici anni Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres. Ph. Lond.: Fruct. Capsici Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CAPSICI ET CANTHARIDUM.

Rec. Cantharid. Drachm. decem, Fruct. Capsici anni Drachm. unam, Spir. Frument. Unc. viginti, digere et filtra.

TINCTURA CARBURETI SULPHURIS IODURATI s. Tinctura Alcoholis Sulphuris iodata VAN MONS.

Rec. Iodi part. unam, Alcoh. Sulphuris part. tres, Spir. Vini rectss. part. novem. Misce ut sensim solvatur Iodum.

TINCTURA CARDAMOMI. Cardamomentinctur. *Teinture de Cardamome.*

Rec. Cardamom. minor. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Hann. 1833, Hamb. 1835, Slesv.-Hols. hanc formulam secutae sunt. Ph. Dubl.: Cardamomi Unc. tres, Spiritus Vini rect. Libr. duas. Ph. Lond. 1836: Cardamomi Unc. tres et semis., Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Amer., Edinb. Cardamomi Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Ph. Succ.: Cardamomi Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Ph. Wirt.: Cardamomi Unc. tres, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Hass.: Cardamomi part. unam, Spir. Vini rectss. part. quindecim.

TINCTURA CARDAMOMI COMPOSITA. Zusammengesetzte Cardamomentinctur. *Teinture de Cardamome composée.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Cardamomi, Sem. Carvi  $\overline{aa}$  Drachm. duas et semis, Coccionell. Drachm. unam, Cinnamomi Drachm. quinque, Passularum major. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Macera per dies quatuordecim et cola. Ph. Dubl.: Cardam., Coccionell., Sem. Carvi  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Cinnamomi Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CARDIACA.

Rec. Ambrae Drachm. duas, Moschi Scrap. duos, Ligni Aloës Drachm. unam et semis, Beuzoës Drachm. tres, Spir. Vini rect. q. s. ut tres digitos supereminet et filtra post digestionem.

TINCTURA CARDUI BENEDICTI. Cardubenedictinctur.

Rec. Hb. Cardui bened. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra.

TINCTURA CARMINATIVA WEDELI vid. Essentia Carminativa WEDELI (p. 375).

TINCTURA CARYOPHYLLATAE. Rostwurzinctur.

Ph. Hamb. 1835: Rec. Rad. Caryophyll. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Saxon. 1820. Rad. Caryophyll. part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor. Ph. Dan.: Spir. Vini rect. part. quinque, Ph. Oldenb. partes sex ad Radicis Caryophyllatae part. unam.

TINCTURA CARYOPHYLLORUM AROMATICORUM. Gewürznelletinctur. *Teinture de Girofles.*

Rec. Caryophyll. arom. Unc. quinque, Spir. Vini rectss. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Bor. ed. 4 et 5, Slesv.-Hols. hanc formulam habent. Ph. Gall.: Caryophyllor. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim. Ph. Hann., Hamb. consentiunt in mutatione hujus formulae recipientes loco Spir. Vini rectificatiss. Spir. Vini rectificatum. Ph. Brunsv., Hass.: Caryophyll. part. unam, Spir. Vini rectss. part. sex.

TINCTURA CASCARILLAE. Cascarillentinctur. *Teinture de Cascarille.*

Rec. Cort. Cascarill. contusi Unc. quinque, Spir. Vini rectss. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Bor., Slesv.-Hols., Oldenb., Polon., Hann. 1833, Hamb. 1835 hanc in formula consentiunt. Ph. Saxon.: Cort. Cascarill. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quinque. Ph. Lond., Batav., Belgic.: Cort. Cascarill. part. unam, Spir. Vini rect. part. octo. Ph. Amst.: Cort. Cascarill. part. unam, Spir. Vini rectss. part. octo. Ph. Brunsv., Palat., Wirt.: Cort. Cascarill. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Libr. unam et semis. Ph. Danic.: Cort. Cascarill. part. unam, Spir. Vini rectss. part. quinque. Ph. Dubl.: Cort. Cascarill. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Fenn., Succ.: Cort. Cascarill. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam.

TINCTURA CASCARILLAE ALCOHOLICO-ALCALINA.

Rec. Cort. Cascarill. Unc. tres, Salis Tartari Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam; digesta filtra.

TINCTURA CASCARILLAE AQUOSA AL-CALINA Ph. Palat.

Rec. Cort. Cascarill. Unc. tres, Salis Tartari Drachm. duas, Aq. fontan. bullientis Unc. sedecim; digere et filtra.

TINCTURA CASSIAE vid. Tinctura Cinna-momi.

TINCTURA CASTOREI. Bibergeeltinctur. *Teinture de Castoréum.*

*Synon.:* Tinctura Castorei sibirici aetherea.

Rec. Castorei sibirici minutim concisi Unciam unam, immisso in vitrum adde  
Liquoris anodynini mineralis  
HOFFMANNI Uncias sex;  
vitro bene clauso macerentur  
per dies octo, tum filtrentur per

chartam bibulam in infundibulo bene obtegendo. — *Vis*: antispasmodica.

Sit liquor coloris fulvi, odoris fragrantissimi minime verbis describendi. Signa bonitatis atque genuitatis, quae commendata sunt, nimis incerta sunt atque fallacia; ex praeparatione cauta ergo omnia pendent.

*Usus*: in hystericis et spasmodicis affectionibus.

Ph. Bor. ed. 5, Hamb., Dan., Hannover., Oldenb., Polon., Slesv.-Hols. hanc formulam habent, quam eo de consilio ceteris anteponendam duximus, quum Liquor mineralis HOFFMANNI perfectissimum sit Castorei menstruum. Spiritus Vini rectificatissimus facillime Oleum aethereum et Resinam dissolvit, at non adipem crystallinum, qui Castorium a chemicis appellatur, Naphtha Vitrioli facillime solubilem. Codices passim de ponderum rationibus dissentiunt. Ph. Hass.: Castorei sibir. Unc. unam, Liquor anodyn. Unc. decem. Ph. Gall. 1837: Castorei Unc. unam, Naphthae Vitrioli Unc. quatuor.

**TINCTURA CASTOREI CANADENSIS AETHEREA.** Aetherische Canadabibergeiltinctur. *Teinture éthérée de Castoréum de Canada.*

Rec. Castorei canadens. Unc. unam, Liquoris anodyn. mineralis HOFFMANNI Unc. sex, macerata filtra. Coloris intensioris quam tinctura vocis antecedentis. Paucae Pharmacopoeae hanc tincturam plane supervacaneam receperunt.

**TINCTURA CASTOREI CANADENSIS SPIRITUOSA.** Weingeistige Canadabibergeiltinctur. *Teinture alcoolique de Castoréum de Canada.*

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Sax. 1837, Dublin., Hass., Hamb. 1835 tincturas spirituosas duas, Castorei sibirici et canadensis, receperunt, ponderum rationibus inter sese vero non diversis. Vide ergo vocem infra sequentem, Castorei indolem nativam bene respiciens.

**TINCTURA CASTOREI COMPOSITA.** Zusammengesetzte Bibergeiltinctur. *Teinture de Castoréum composée.*

Ph. Edinb.: Rec. Castorei Unc. unam, Asae foetidae Unc. semis, Spir. Salis Ammoniaci vinos. Libr. unam; digere et filtra.

**TINCTURA CASTOREI KALINA.**

Ph. Palat.: Rec. Castor. Unc. tres, Sal. Tartari Drachm. tres, Spir. Meliss. Libr. unam, digere et filtra. Ph. Ross.: Castor. Unc. unam, Sal. Tartari Drachm. duas, Spir. Vini ect. Libr. duas.

TINCTURA CASTOREI OPIATA s. thebaica vid. Elixir antihystericum officinale (p. 286).

**TINCTURA CASTOREI SIBIRICI AETHEREA ET SPIRITUOSA** vid. Tinctura Castorei et Tinctura Castorei spirituosa.

**TINCTURA CASTOREI SPIRITUOSA.** Weingeistige Bibergeiltinctur. *Teinture alcoolique de Castoréum.*

*Synon.*: Tinctura Castorei sibirici s. moscovitici spirituosa.

Rec. Castorei sibirici minutim concisi Unciam unam,

in lagenam immisso adde

Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex,

orificio adapta epistomium superinum perforatum, per quod tubus vitreus, bipedalis fere, ad vapores refrigerandos aptus, transeat. Lagenam in balneo aquae colloca et ad ebullitionem spiritus calefac. Balneum cum lagena ab igne remove, et post refrigerium Tincturam filtra per chartam bibulam. — *Vis*: eadem qualis Tincturae aethereae.

*Usus*: in clysmatibus pro Tinctura aetherea adhiberi debet, tum quoque interne propinatur.

Cum nostra formula Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Hann. 1833 consentiant, Ph. Bavar., Lipp., Parm. Spiritum rectificatum, cet. par. Ceterae de ponderum ratione hinc inde discrepant. Ph. Saxon. 1837, Edinb., Amst., Brand. Castorei part. unam, Spiritus Vini rectiss. part. octo habent. Spiritum rectificatum, ceteris immutatis cum mox antecedentibus, Ph. Hass., Batav., Belg., Fuld., Genev. habent. Ph. Gall. 1837 Castorei Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor, Austr., Ferrar. Spir. rectificatum, cet. par. — Ph. Dubl., Hisp., Oldenb., Pol., Suec. Castorei Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. duodecim. Ph. Lond. 1836 Castorei Unc. duas et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Amer. Castor. Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Unc. triginta duas. Ph. Ross. Castorei Unc. unam, Salis Tartari Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA CATECHU vid. Tinctura Terrae Catechu.

TINCTURA CATHARTICA vid. Tinctura Sennae.

TINCTURA CENTAUREI MINORIS. *Zausendguldenfrauttinctur.*

Disp. Brand., Ph. Wirt.: Rec. Hb. Centaurei minor. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas; digere, exprime et filtra. Ph. Danic. Hb. Centaur. part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor.

TINCTURA CHALYBEATA vid. Tinctura stomachica martialis.

TINCTURA CEPHALICA vid. *Essentia cephalica* (p. 375).

TINCTURA CHAMOMILLAE s. *Chamaemeli* Ph. Austr. *Kamillentinctur.*

Rec. Flor. Chamomillae vulg. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam, digesta filtra.

TINCTURA CHENOPODII AMBROSIOIDIS.

Rec. Hb. Chenopodii ambros. Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres; digesta filtra.

TINCTURA CHENOPODII AETHEREA.

Ph. Oldenb.: Hb. Chenopod. ambr., Liq. anodyn. mineral. aa Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. tres; macera et filtra.

**TINCTURA CHINAE.** *Chi-*  
*natinctur. Teinture de Quin-*  
*quina.*

*Synon.*: Tinctura Chinae fuscae s. simplex, Tinctura Corticis Peruviani simplex, Tinctura Cinchonae officinalis s. lancifoliae.

Rec. Corticis Chinae Huanuco grisei in pulverem grossiusculum redacti Uncias quinque,  
Spiritus Vini rectificati Libras duas;

immitte in lagenam satis capacem, cujus orificio tubus vitreus bipedalis ad vapores condensandos ope epistomii suberini adaptetur; lagena in balneo aquae calefiat ad ebullitionem Spiritus Vini, quae per breve tempus obtineatur; tum totum refrigerandum sibi derelinquatur. Tincturam refrigeratam ex sacculo linteo expressam per chartam filtra. — *Vis*: antifebrilis stomachica.

Sit Tinctura coloris rubro-fusci, limpida, saporis amarissimi adstringentis.

Nostra formula cum Ph. Bor. ed. 5, Hann., Polon., Hamb. 1835, Oldenb. convenit, nisi quod Spiritum rectificatissimum loco rectificati suadeant. Ph. Hass. Cort. Chinae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas; Ph. Lond. 1836 Spiritus Unc. viginti, Edinb. triginta, Dublin., Batav., Belg. triginta duas, Chinae ratione non mutata receperunt. Ph. Slesv.-Hols. Chinae Unc. sex, Spir. Vini rect. (rectificatissimi Ph. Saxon. cet. par.) Libr. tres; Ph. Dan. Chinae part. unam, Spiritus Vini rect. partes quinque; Ph. Gall. 1837 Spiritus partes quatuor, cet. par.; Ph. Wirt. Spir. Vini rectss. partes quatuor. Ceterarum discrimina omittamus.

TINCTURA CHINAE AMARA vid. Elixir roborans WYRTII (p. 300).

TINCTURA CHINAE AMMONIATA s. *volatilis.*

Rec. Cort. Chin. fusc. Unc. quatuor, Tinct. aromatico-ammoniat. Unc. triginta duas Ph. Lond. 1824, Cort. Chinae Drachm. quatuor, Spir. Salis ammoniaci vinos. Unc. quatuor Ph. Fuld.

TINCTURA CHINAE AQUOSA ALKALINA.

Ph. Palat.: Rec. Cort. Chinae pulv. Unc. tres, Salis Tartari Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, post digestionem cola.

TINCTURA CHINAE COMPOSITA vid. Elixir roborans WYRTII (p. 800).

TINCTURA CHINAE COMPOSITA HERWIG vid. *Essentia Chinae composita* HZAWIG (p. 375).

TINCTURA CHINAE CONCENTRATA vid. Elixir stomachicum (p. 372).

TINCTURA CHINAE CROGATA vid. Elixir alexipharmacum HUXHAMI (p. 284).

TINCTURA CHINAE FUSCAE vid. Tinctura Chinae.

TINCTURA CHINAE GINGIVALIS AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Chinae Unc. duas, Tinct. Myrrhae Unc. semis, Tinct. Kino Drachm. duas, Spir. Cochlear. Unc. unam. M.

TINCTURA CHINAE KALINA PIERQUIN.

Rec. Cort. Chinae fusc. Unc. tres, Sal. Tartari Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam; post digestionem filtra.

TINCTURA CHINAE OFFICINALIS HUXHAMI = Elixir stomachicum.

**TINCTURA CHINAE REGIAE.**  
Königschinatinctur. *Teinture de Quinquina jaune.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Cort. Chinae reg. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere et filtra. Ph. Hass. Cort. Chinae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Gall. 1837: Cort. Chinae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

**TINCTURA CHINAE RUBRAE** Rofthe Chinatinctur. *Teinture de Quinquina rouge.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Cort. Chinae rubr. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, digesta filtra.

**TINCTURA CHINAE SIMPLEX** vid. Tinctura Chinae.

**TINCTURA CHININI MAGENDIE.**

Rec. Chinini sulphur. Gran. sex, Spir. Vini rectiss. Unc. unam; solve.

**TINCTURA CICUTAE** vid. Tinctura Conii maculati.

**TINCTURA CINNAMOMI.**  
Zimmtinctur. *Teinture de Canelle.*

*Synon.*: Tinctura Lauri Cinnamomi, Essentia Cinnamomi, Tinctura Cassiae, Tinctura Cinnamomi Zeilanici.

Rec. Cinnamomi acuti in pulverem grossiusculum contusi Uncias quinque,  
Spiritus Vini rectificati Libras duas,

digere per hebdomadem in vitro clauso, tum filtra per chartam bibulam. Sit tinctura coloris e rubro-fusci. — *Vis*: haemostatica, adstringens.

*Usus*: im metrorrhagiis.

Ph. Hamb. 1835, Hann. 1833, Old., Polon. nostram formulam praescripserant, Ph. Slesv.-Hols. loco Spir. Vini rect. Spir. Vini rectiss. habet cet. par. Ph. Fenn., Bat. Cinnamomi Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Dan., Saxon. Cinnamomi Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quinque. Ph. Hass. Cinnamomi Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Gall. Cinnamomi Unc. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. sedecim. Ph. Lond. Cinnamomi Unc. tres et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Dublin. Cinnamomi Unc. tres et semis, Spir. Vini rect. Libr. duas. Pharmacopoeae sunt, quae Tincturam Cinnamomi acuti et Tincturam Cinnamomi sinensis praescribunt, Hass. Cinnamomi sinensis Unc. quatuor,

Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Hamb. 1835 Cinnamomi sinensis Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas, aliae denique Tincturam Cinnamomi e Cinnamomo sinensi praeparari jubent, scilicet Ph. Bor. ed. 5. Cinnamomi sinensis Unc. quinque, Spir. Vini rectiss. Libr. duas. Ph. Austr. Cinnamomi sinensis Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Libr. unam.

**TINCTURA CINNAMOMI ACUTI** vid. Tinctura Cinnamomi.

**TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA** vid. Tinctura aromatica.

**TINCTURA CINNAMOMI PHOSPHORICO-ACIDA** AUGUSTIN.

Rec. Acidi phosphor. Drachm. dimidiam, Tinct. Cinnamomi Drachm. duas. Misc.

**TINCTURA CINNAMOMI SINENSIS** sive zeylanici vid. Tinctura Cinnamomi.

**TINCTURA CITRI AURANTII** vid. Tinctura Corticum Aurantium et Pomorum.

**TINCTURA CITRINA** vid. Essentia citrina laxans (p. 373).

**TINCTURA COCCIONELLAE** Cochenillentinctur.

Ph. Hamb., Amst.: Rec. Coccionellarum Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. unam. Macera et filtra.

**TINCTURA COCHLEARIAE** Köffeltraut-tinctur. *Teinture de Cochlearia.*

Rec. Hb. Cochleariae recent. Unc. sex, Spir. Cochleariae Libr. unam. Post digestionem exprime et filtra.

† **TINCTURA COLCHICI.**  
Zeitlofenamentinctur. *Teinture de semences de Colchique.*

Rec. Seminis Colchici ruditer contusi Uncias quinque,  
in lagenam immisso affunde  
Spiritus Vini rectificati Libras duas,

digere in loco calido per dies octo tum filtra. — *Vis*: antiarthritica, antihydrica.

*Usus*: in affectionibus rheumaticis, arthritide, hydropo.

Haec formula a Ph. Bor. ed. 5. edocta est. Ph. Lond. Sem. Colchici Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Saxon. Sem. Colchici Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex. Ph. Slesv.-Hols., Austr. Sem. Colchici Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. sex. (Cf. Vinum Colchici.)

† TINCTURA COLCHICI COMPOSITA. Zusammengesetzte Zeitlofen-tinctur.

*Teinture de Colchique composée.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Sem. Colchici Unc. quinque, Spir. Sal. Ammoniaci aromat. ejusd. Pharm. Unc. quadraginta.

† TINCTURA COLOCYNTHIDIS

DAHLBERGI, s. composita, s. anisata. Dahlberg's Coloquintinctur. *Teinture de Coloquintes de Dahlberg.*

Ph. Boruss. ed. 3 et 5, Hann. 1833, Hamb. 1835, Polon., Oldenb., Sax. 1837, Slesv.-Hols.: Rec. Colocynthid. Unc. unam, Sem. Anisi stell. Drachm. unam, Spir. Vini rect. (quaedam habent rectiss.) Libr. unam. Ph. Hass.: Colocynth. Unc. unam et semis, Sem. Anisi stell. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. viginti. Ph. Belg., Suec.: Spir. Unc. quatuordecim, cet. par.

TINCTURA COLUMBO, s. Calumbae, s. Radicis Columbo. Columbotinctur. *Teinture de Colombo.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Rad. Columb. Unc. tres, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Dubl., Edinb.: Rad. Columb. Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Hass.: Rad. Columb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Slesv.-Hols.: Rad. Columb. Unc. quinque, Spir. Vini rectiss. Libr. duas, Ph. Hamb. 1835 rectificati cet. par.

† TINCTURA CONII s. Conii maculati s. Cicutae. Eschlering-tinctur.

*Teinture de Ciguë.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Fol. Conii siccor. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim; altera formula, scilicet: Fol. Conii recent. et Spir. Vini rectiss.  $\frac{25}{100}$  par pondus.

TINCTURA CONII AETHEREA Ph. Gall. 1818 et 1837.

Rec. Hb. Conii sicci Drachm. duas, Naphth. Vitrioli Unc. unam.

TINCTURA CONTRAYERVAE. Contrayervertinctur. *Teinture de Contrayerve.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Contrayerv. Unc. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. sedecim. Ph. Batav.: Rad. Contrayerv. Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. sex.

TINCTURA CORALLIORUM. Corallen-tinctur.

Ph. Wirt.: Rec. Corall. rubr. pulv. Unc. duas, affunde Aceti dest. Libr. unam. Stent in digestionem per triduum, ebulliant ad coralliorum solutionem, refrigerata per chartam bibulam filtrantur, atque in vase figulino, vel vitro, ad siccitatem evaporent. Rec. Solutionis hujus siccae Unc. unam solve in Aquae Cinnamonii cydoniatae Unc. tribus, solutioni adde Spir. Vin. rect. Unc. unam et semis, Tinct. Sac-

chari Unc. semis. Digerantur per aliquot dies; postea, per chartam bibulam filtrata, tinctura servetur.

TINCTURA CORTICIS PERUVIANI vid. Tinctura Chinae.

TINCTURA CORTICUM AURANTIORUM. Pomeranzenschalentinctur. *Teinture d'Écorces d'Oranges.*

*Synon.*: Essentia Corticum Aurantium, Alcohol cum Citro Aurantio.

Rec. Corticum Aurantium siccorum, a parte interiore carnosae liberatorum et concisorum Uncias quinque,

Spiritus Vini rectificati Libras duas,

digere in vase idoneo clauso loco calido per dies sex vel octo, tum exprime ex sacculo linteo et expressum filtra.

Plurimi codices germanici hac de formula consentiunt, ceterorum in re, quae condimenti partes potissimum agit, vix operae pretium est dissensum perlustrare.

TINCTURA CORTICUM AURANTIORUM CUM VINO MALVATICO Ph. Wirt.

Rec. Vini Malvatici Libr. unam semis, Flavidois Cort. Aurant. sic. Unc. tres, macerentur per biduum colentur et filtrantur.

TINCTURA COSMETICA.

Rec. Benzoes Unc. unam, Balsami Peruv. Drachm. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. octo.

TINCTURA COSMETICA SIMPLEX vid. Tinctura Benzoes.

TINCTURA CROCI. Safrantinctur.

*Teinture de Safran.*

Rec. Croci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo, digere, exprime, filtra. Hanc formulam Ph. Brunsv., Hann., Hass., Bor. ed. 5, Saxon. habent. Ph. Wirt.: Croci Drachm. decem, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Gall. 1837: Croci Unc. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. sedecim. Ph. Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Fuld.: Croci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. duodecim. Ph. Bat., Belg.: Croci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. tres. Ph. Edinb.: Croci part. unam, Spir. Vini rect. part. quindecim.

TINCTURA CROCI VINOSA Ph. Wirt.

Rec. Croci austr. Unc. unam, Micae panis Unc. duas. Contundantur simul in mortario

lapideo, sensim affundendo vini boni Canariensis quantitatem sufficientem, ut fiat puls mollis, omnisque Crocus fit bene comminutus. Pulti huic porro affunde Vini ejusdem Uncias sex, et in vitro probe clauso aliquamdiu relinque ac digere, exprime et filtra.

TINCTURA CROTONIS ELUTERIAE vid. Tinctura Cascariillae.

† TINCTURA CROTONIS.

Rec. Ol. Crotonis Gutt. unam, Spir. Vini rectss. Drachm. semis.

TINCTURA CUBEBAE Ph. Lond. 1836.

Rec. Cubebar. contus. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta.

TINCTURA CULILABANI s. Culilawani Ph. Wirt.

Rec. Cort. Culilabani Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Libr. unam et semis, digere et filtra.

TINCTURA CUPRI SULPHURICI AUGUST.

Rec. Cupri sulphur. calcin. Unc. octo, Sanguinis Dracon. Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. triginta duas, digere per dies aliquot et cola.

TINCTURA CUPRI VOLATILIS BOERHAV.

Rec. Cupri limat. Drachm. unam, Liquor. Ammon. caust. Unc. unam et semis, digere leni calore in vase amplo clauso, per tres dies.

TINCTURA CURCUMAE. Curcumatinctur.

Rec. Rad. Curcumae part. unam, Spir. Vini rect. part. sex, digesta filtra.

TINCTURA CURCUMAE AQUOSA. Wäsfertige Curcumatinctur.

Rec. Rad. Curcumae Drachm. unam, Aquae bullientis Unc. duas; solutionem post refrigerium filtra.

TINCTURA CUSPARIAE vid. Tinctura Angusturae.

TINCTURA DAFYYI vid. Elixir DAFYYI (p. 291).

TINCTURA DAHLBERGII vid. Tinctura Colocynthidis DAHLBERG.

TINCTURA DATURAE STRAMONII vid. Tinctura Stramonii.

TINCTURA DELPHINII AUGUST. Ritter-  
spornatinctur.

Rec. Sem. Delphinii Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, digesta filtra.

TINCTURA DENTIFRICIA. Zahntinctur.

Rec. Rad. Pyrethri Unc. semis, Catechu, Cort. Chinae aa Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, digere et filtra.

TINCTURA DEUTO-IODURETI MERCURII ALCOHOLICA.

Rec. Deuto-Iodureti Mercurii Gran. viginti, Spir. Vini rectss. Unc. unam et semis, solve.

TINCTURA DIAPHORETICA.

Rec. Rad. Contrayervae, — Serpentariae virginianae aa Unc. semis, Baccar. Juniperi Unc. unam, Spir. Vini rectss. Libr. unam, Spir. Cornu Cervi rect. Unc. sex, digere et filtra.

TINCTURA DICTAMNI ALBI FULLERI.

Rec. Rad. Dictamni recent. Unc. duas, Spir. Vini rectss. sedecim, digesta filtra.

TINCTURA DIGESTIVA vid. Tinctura Gentianae Alkalina.

† TINCTURA DIGITALIS. Fingerhutfrauttinctur. *Teinture de Digitale.*

Synon.: Tinctura Digitalis simplex s. spirituosa s. purpureae.

Rec. Herbae Digitalis purpureae siccatae minutim concisae Unciam unam, Spiritus Vini rectificati Uncias quatuor, Aquae destillatae Unc. duas, digere loco calido per dies sex, tum exprime et filtra. — *Vis: deprimens, diuretica.*

Ph. Saxon., Hann. 1833, Fenn., Polon. hanc formulam habent. Ph. Bor. ed. 5: Spir. Vini rectss. cet. par. praescripsit. Ph. Amer., Succ., Hass., Edinb., Austr.: Hb. Digitalis Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Hamb. 1835, Dubl., Slesv.-Hols.: Hb. Digitalis Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres. Ph. Lond.: Hb. Digital. part. unam, Spir. Vini rect. part. decem. Ph. Gall.: Hb. Digital. part. unam, Spir. Vini rectss. part. quatuor. Ph. Belg.: Hb. Digital. part. unam, Spir. Vini rect. part. quatuor. Ph. Gall. 1837 et Hamb. 1835: Tinct. Digital. etiam ex Herba recentu parari volunt scilicet Ph. Gall. 1837-Hb. Digital. recent. et Spir. Vini rectss. part. aeq., Ph. Hamb. 1835: Spir. Vini rectss. part. unam, Herb. recentis partes duas.

† TINCTURA DIGITALIS AETHEREA. Aetherische Fingerhutfrauttinctur. *Teinture étherée de Digitale.*

Rec. Hb. Digitalis sicc. minutim concisae Unc. unam, Liq. anodyni miner. HOFFMANNI Unc. octo. Macera per dies octo tum exprime Tincturam et filtra. — *Vis: anti-hydropica.*

Ph. Bor., Hamb. 1835, Polon. hanc formulam praescribunt. Ph. Bavar. et Hann. 1833: Hb. Digital. Unc. duas, Liq. anodyni miner. HOFFMANNI Unc. octo. Ph. Hass.: Hb. Digital. part. unam, Liq. anodyni miner. HOFFM. part. sex. Ph. Old.: Hb. Di-



gitalis, Liq. anodyni miner. HOFFMANNI aa part. aeq. Ph. Hass.: Hb. Digital. Drachm. unam, Liq. anodyni mineral. HOFFM. Unc. sex. Ph. Gall. 1837: Hb. Digital. part. unam, Naphthae Vitrioli part. quatuor.

† TINCTURA DIGITALIS AQUOSA FOWLER.

Rec. Hb. Digital. purp. Unc. duas, Aquae commun. Unc. sedecim, coque ad Unc. septem et dimidiae remanent., colaturae adde Tinct. Cardamomi Unc. semis.

† TINCTURA DIGITALIS HARLESII.

Rec. Hb. Digital. Unc. unam, Spir. Vini rect., Aq. Cinnamomi aa tres.

† TINCTURA DIGITALIS MACLEANI.

Rec. Hb. Digital. Unc. unam, Spir. Frumenti Unc. octo.

† TINCTURA DIGITALIS REMERI.

Rec. Hb. Digital. Drachm. unam, Spir. MINZBERG q. s. ut colatura Unc. unius obtineatur.

TINCTURA DIURETICA Ph. Dan. mil.

Rec. Aceti scill. Unc. semis, Tinct. Trifol. fibr. Drachm. duas.

TINCTURA DIURETICA Ph. paup. HUFEL.

Rec. Ol. Juniperi Drachm. semis, Spir. Nitri dulc., Tinct. Digital. aether. aa Drachm. tres.

TINCTURA DULCIS vid. *Essentia dulcis* (p. 375).

TINCTURA ENULAE s. Helenii spirituosa. Manttinctur. *Teinture d'Aunée.*

Ph. Bat., Austr. 1834: Rec. Rad. Eulae cont. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, digere, filtra. Ph. Palat., Wirt.: Spir. Vini Unc. quatuor, cet. par.

† TINCTURA EUPHORBII. Euphorbiumtinctur. *Teinture d'Euphorbium.*

Rec. Euphorbii pulverati Unc. unam, Spirit. Vini rectiss. Libr. unam, in balneo aquae usque ad ebullitionem calefiant, frige facta filtrentur.

Cum hac formula, e Ph. Bor. ed. 3. pro ponderum ratione desumpta, congruunt plane Ph. Hamb. 1835, Saxon, tum Spiritum rectificatum loco rectificatissimi sumentes Ph. Hann., Hass., Oldenb., Polon. Euphorbii partem unam, et Spir. Vini rectiss partes quatuor Ph. Gall. 1837 sumi jubet. Ph. Austr. 1834: Euphorbii Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Libr. unam. Disp. Fuld., Ross.: Euphorbii Unc. unam, Spir. Vini Unc. octo, Wirt. sedecim.

† TINCTURA EXTRACTI OPII Ph. Gall. 1837

Rec. Extr. Opii aquos. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. duodecim, solve, filtra.

TINCTURA FALKII s. Solutio balsamica spirituosa.

Rec. Balsami canadens. Unc. unam, Resin.

II.

Guajaci nativ. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. sex, digere, post subsidentiam decantha, adde Ol. Menth. pip. Drachm. unam.

TINCTURA FEBRIFUGA hinc inde solutiones arsenicosae denominantur, quas propter Liquorem mineralem FOWLERI praeteriri aequum est.

TINCTURA FEBRIFUGA MUTISII Ph. Ferrar.

Rec. Sacch. albi partes viginti quinque, Fermenti Cerevisiae partes duas, Cort. Chinae part. unam et semis., Cinnamomi partis quadrantem, Nucis moschat. octantes sex, Aquae part. centum, fermentationi subijce et cola.

TINCTURA FERRI ACETICI AETHEREA. *Netherische Eisentinctur. Teinture d'Acetate de Fer éthérée.*

*Symon.*: Tinctura Martis KLAPROTHII, Acetas Oxydi Ferri liquidus alcoholisatus, Aether aceticus martialis, Aether aceticus ferratus KLAPROTHII.

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati quantum vis, solve in aquae destillatae duodecupla copia, solutioni affunde Spiritum Salis Ammoniaci causticum,

ut hic aliquantulum praevaleat, quod odore facillime dignoscitur. Praecipitatum intense fuscum aqua pluviali pura aliquoties sedimentatione et decantatione lava, tum in linteo expanso collige et bene eguttatim fortiter exprime. Placentam adhuc humidam misce cum

Aceto concentrato, hujus sensim inter agitationem admiscens, donec, post quietem datam, Oxydum Ferri fere totum, nec tamen totum, solum fuerit. Solutionem filtra. Hujus liquoris filtrati recipe partes novem, et adde

Naphthae Aceti partem unam, Spiritus Vini rectificatissimi partes duas.

Sit pond. spec. 1,04 vel prope accedentis.

Jam multum hac de tinctura confabulabantur, quod quidem afferre supervacaneum duxi, quum methodus illa, quam praecepi, optime et certissime exercetur. Tinctura scilicet concentratissima atque coloris intense rubro-fusci obtinetur. De materia ferrum oxydatum praecipitante multum discrepant auctores atque codices; alii Natrum carbonicum, alii Kali carbonicum, alii causticum sumi volunt. At vero facilitate praeparationis et puritate Ammonium causticum omnes superat. Excedat parum post praeparationem, ne oxydum Ferri acidi Salis adhuc gravidum praecipitetur, quo fit ut Ferri qui inest, post aliquod tempus excernatur.

TINCTURA FERRI AMMONIATA vid. Tinctura Martis aperitiva.

TINCTURA FERRI IODATI. Iodeisfintinctur.  
Rec. Ferri iodati Drachm. duas, Aquae, Spir. Vini rectiss.  $\overline{aa}$  Unc. duas, solve, filtra.

TINCTURA FERRI MURIATICI OXYDATI, Tinctura muriatis ferri cum oxydo rubro. Eisenzchloridinctur, salzsaure Eisenoxydinctur.  
*Teinture de perchlorure de fer.*

Ph. Hann.: Rec. Ferri muriatic. oxydati cryst. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. septem. Ph. Dubl.: Oxydi Ferri Unc. unam, Acid. muriat. pur. Unc. quatuor, solve, fac ad Syrupi spissitudinem evaporare, post refrigerium adde Spir. Vini q. s. ut pondus specif. sit 1,05.

TINCTURA FERRI MURIATICI OXYDULATI, Alcohol ferratus, Alcohol muriatis oxyduli ferri. Salzsaure Eisenoxydulinctur, Eisenzchloridinctur. *Teinture de chlorure de fer.*

Ph. Bor. ed. 5: Rec. Ferri muriat. oxydulati Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. septem, solve, filtra. Ph. Bavar.: Ferri limati partem unam, solve in s. q. Acidi muriatici, evaporet ad siccum, residuum solvatur in Spirit. Vini rect. sextuplo. Ph. Polon., Oldenb. Ferri limati Unc. tres, Acidi muriat. q. s., solutum evaporet ad remanentiam Unc. sex, quibus adde Spir. Vini rect. Libr. unam et semis. Ph. Hamb.: Ferri muriat. oxydul. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. unam. Ph. Lond. 1809: Ferri carbonici Unc. sex, Acid. muriat. Unc. sedecim, solve, filtra, adde Spir. Vini rect. Libr. quinque. Ph. Edinb.: Aethiop. martial. Unc. tres, solve in Acidi muriat. s. q., soluto adde Spir. Vini q. s. ut fant Libr. duae et semis. Ph. Dubl.: Ferri carbon. Unc. sex, Acid. muriat. Libr. tres, solve, solutum filtratum, evaporet ad pondus Libr. unius, adde Spir. Vini rect. Libr. tres.

TINCTURA FERRI POMATI vid. Tinctura Martis pomata.

TINCTURA FERRI TARTARICI vid. Tinctura Martis Ludovici.

TINCTURA FILICIS MARIS AETHEREA.

Rec. Rad. Filic. maris aestate effosarum et cante siccat. Unc. unam, adde Naphth. Vitrioli Unc. sex, macerata filtra. SOUBEIRAN: Rad. Filicis part. unam, Naphthae Vitrioli part. octo.

TINCTURA FLORUM SALIS AMMONIACI MARTIALIUM vid. Tinctura Martis aperitiva.

TINCTURA FOETIDA vid. Tinctura Asae foetidae.

TINCTURA FOETIDA AMMONIACALIS vid. Tinctura Castorei composita.

TINCTURA FOETIDA PYROOLEOSA AUGUSTIN.

Rec. Asae foetid. Drachm. unam, Opii, Sal. Cornu Cervi  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Tinct. Castor. Unc. duas.

TINCTURA FORMICARUM. Ameisfintinctur. *Teinture de Fourmis.*

Ph. Sles v.-Hols.: Rec. Formicar. mundatarum Libr. duas, Spir. Vini rect. Libr. sex, digere, exprime, filtra. Ph. Sax. 1837: Formicar. Libr. unam, Spir. Vini rect., Aq. comm.  $\overline{aa}$  Libr. duas, digere filtra.

TINCTURA FULIGINIS CLAUDERI, s. Essentia Fuliginis CLAUD., s. Tinctura Fuligin. Ph. Fuld., Sax., Tinctura haemato-cathartica s. alexipharmaca CLAUD.; s. Solutio Fuliginis alcalina Ph. Suec. Clauder's Rußinctur. *Teinture de suie.*

Disp. Brunsv., Fuld., Lipp., Ph. Pal., Suec., Wirt.: Rec. Ciner. clavell. depur. Unc. sex, solve in Aq. comm. Unc. duabus, Sal. Ammon. Unc. unam solve in Aq. comm. Libr. una; liquoribus filtratis mixtis immitte Fuliginis splendentis pulverati Unc. duas, digere in lagena clausa et decantha. Ph. Sax. 1820: Fulig. splendent. Unc. unam, Ol. Tartari per deliquium Unc. novem, Sal. Ammon. Unc. semis, Aq. commun. Libr. unam. Ph. Sax. 1837: Fuligin. splendentis Scrup. octo, Liq. Kali Carbon. Unc. tres, Sal. Ammon. Scrup. quatuor, Aq. comm. Unc. quatuor, digere, filtra. VAN MONS: Sal. Ammon. Unc. unam, Fuliginis Unc. tres, Aq. commun. Libr. quinque et Unc. quatuor, Ciner. clavell. dep. Unc. unam et semis. Ph. Hass. 1806, et Scriptoris: Sal. Ammon. Unc. unam, Fuliginis Unc. duas, Ciner. clavell. depur. Unc. sex, Aq. Sambuc. Libr. tres.

TINCTURA FULIGINIS FOETIDA.

Ph. Suec.: Rec. Asae foetid. Drachm. sex, Tinct. Fuligin. CLAUDERI Unc. sex, digere, cola. SOUBEIRAN; Fuligin. splend. Drachm. duas, Asae foetid. Drachm. unam, Spir. Vini rect. Unc. tres.

**TINCTURA GALANGAE.** Galgantwurzeltinctur. *Teinture de Galanga.*

Ph. Hann. 1833: Rec. Rad. Galang. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Bat.: Rad. Galang. part. unam, Spir. Vini rect. part. sex. Ph. Wirt.: Rad. Galang. Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. octo.

**TINCTURA GALBANI.** Mutterharztinctur. *Teinture de Galbanum.*

Ph. Bor. ed. 5, Hann. 1833, Hamb. 1835; Slesv.-Hols., Saxon. 1837: Rec. Galbani Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Libr. unam, digere filtra. Ph. Hass.: Spir. Vini Unc. sedecim, cet. par. Disp. Fuld., Lipp.: Spiritus Unc. viginti cet. par.

**TINCTURA GALBANI COMPOSITA AUGUSTIN.**

Rec. Tinct. Galbani, — Absinth, Spir. Rosmarini  $\frac{aa}$  part. aequales.

**TINCTURA GALLARUM** s. Callae. Galustinctur. *Teinture de Galles*

Ph. Lond. 1836: Callarum Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Usus plerumque reactorius.

**TINCTURA GEI URBANI** vid. Tinctura Caryophyllatae.

**TINCTURA GENTIANAE.** Enziantinctur. *Teinture de Gentiane.*

*Synon.:* Essentia Gentianae, s. Gentianae rubrae, s. Radicis Gentianae.

Rec. Radicis Gentianae luteae concisae Uncias tres, in cucurbitam immisae affunde Spiritus Vini rectificati Libram unam.

Stent, interdum conquassata, per dies decem ad duodecim, tum cola cum expressione et filtra. — *Vis:* stomachica, tonica.

Sit coloris flavo-fusci.

Formula eadem cum Ph. Gall. 1818, 1837, Gall. milit. et Disp. Fuld., Ph. Sax. Ponderum rationibus Codices inter se discrepant. Ph. Bor. ed. 3, Hann., Oldenb., Polon. ad Radicis Unc. quinque Spirit. Vini rectificati Libr. duas sumunt. Ph. Brunsv., Palat., Wirt., PIDERIT ad Unc. unam Radicis Gentianae Spiritus Vini rect. Unc. quinque volunt; Uncias sex habent Ph. Amst., Antw., Bat., Belg., Boruss. ed. 5, Hass., Parm., VAN MONS, FERRARINI, TADDEI, cet. — Praecipit FULLER: Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. quatuor.

**TINCTURA GENTIANAE ALCALINA,** s. Tinctura salina composita Ph. Ross., Tinctura amara Ph. Oldenb. *Alkalische Enziantinctur.*

Ph. Oldenb.: Rec. Hb. Centaur. min., — Menth. crisp., — Trifolii fibr., Rad. Gentian.  $\frac{aa}$  Unc. unam, — Zedoariae Drachm. sex, Spir. Vini rect. Unc. triginta, Sal. Tartari Drachm. duas. Ph. Ross.: Flav. Cort. Aurant., Rad. Gentian.  $\frac{aa}$  Unc. unam, Aq. dest. Libr. unam, Ciner. clavell. dep. Unc. quatuor; per quadriduum digestis et colatis adde Spir. Vini rect. Unc. quatuor. Ph. Austr. 1834 (Tinctura amara): Hb. Trifol. fibrin., — Centaur. minor, Rad. Gentianae, Cort. Aurant.  $\frac{aa}$  Unc. unam, Sal. Sodae Unc. semis, Spir. Vini rect. Libr. unam, Aq. Cinnamom. Libr. quatuor. PIDERIT: Rad. Gentianae Unc. quatuor, Vini albi generosi Libr. unam, per dies duos digestis et colatis adde Extr. Ligni Quassiae Unc. unam, Olei Tartari per deliquium Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. duas. SPIELMANN: Cort. Aurant., Rad. Gentian.  $\frac{aa}$  Unc. tres, Aq. comm. Libr. tres, Sal. Tartari Libr. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam et semis. CADET: Cort. Aurant. Unc. duas, Rad. Gentian. Unc. quatuor, Aq. comm. Libr. duas et semis, Sal. Tartari Unc. quindecim, Spir. Vini rect. Unc. duas. (Hae formulae multum ad Elixir Aurantium compositum, et Elix. balsamicum HOFEM. accedunt. Elixir antiscrophulosum PEYRILLE (p. 287) quibusdam hac voce intelligitur.)

**TINCTURA GENTIANAE ALCOHOLICO-SULPHURICA** vid. Elixir Vitrioli MYNSICHT (p. 805).

**TINCTURA GENTIANAE AMMONIATA** vid. Elixir antiscrophulosum PEYRILLE.

**TINCTURA GENTIANAE COMPOSITA,** s. Tinctura amara, vel Elixir stomachicum, quibusdam hoc nomine intelligitur; Tinctura Gentianae Ph. Amer.

Ph. Amer., Lond., Wirt. (T. amara Lond.); CADET, GRAY, RENNIE, SWEDIAUR: Rec. Rad. Gentian. concis. Unc. duas, Cort. Aurant. sicc. Unc. unam, Cardamomi min. Unc. semis, Spir. Vini rect. Octar. duos (Unc. triginta duas ad mensuram), Ph. Dubl. Spir. Vini Libr. duas, cet. par. Ph. Edinburg.: Rad. Gentian. Unc. duas, Cort. Aurant. Unc. unam, Canell. alb. Unc. semis, Coccionell. Drachm. semis, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis. Ph. Lusit.: Rad. Gentian. Unc. duas, Pulv. aromat. Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas et semis. Ph. Ruth. castr. Rad. Calami, — Gentian.  $\frac{aa}$  Unc. unam, Pomor. Aurant. immatur., Pulv. aromat.  $\frac{aa}$  Drachm. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. VAN MONS: Cort. Citri recent. Unc. semis, Cort. Aurant. Curassav. Unc. unam, Rad. Gentian. Unc. unam et semis, Spir. Coriandri

Unc. viginti; vel: Rad. Gentian. Unc. unam et semis, Cort. Aurant. Unc. tres, Spir. Vini simpl. Libr. decem, Coccionell. Drachm. duas. — GRAY: Rad. Gentian. Libr. unam, Cort. Aurant. Unc. octo, Gran. Paradisi Libr. unam, Coccionell. Drachm. duas, Vini Libr. quinque et Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. sedecim; vel: Rad. Gentian. Unc. octo, Cort. Aurant. Unc. quatuor, Gran. Parad. Unc. unam, Coccionell. Drachm. duas, Spir. Vini Libr. decem. RENNIE: Rad. Gentian., Hb. Absinth., Ligni Quass., Cort. Aurant., Canell. alb., Cinnamon, Gran. Parad., Coccionell.  $\bar{a}$  Unc. unam, Spir. Vini Libr. quatuor. VANDAMME D'HAZEBROUCK: Rad. Gentian. Unc. quatuor, — Angelic., — Galang., — Zingiber.  $\bar{a}$  Unc. unam, — Ireos Flor. Unc. semis, Sacch. Candi Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. triginta duas. (Formulae plures, Gentianam continentes, huic voci prope accedunt, uti Elixiria stomachica, visceralia, balsamica, cet.)

## TINCTURA GENTIANINI MAGENDIE.

Rec. Gentianini Gran. quinque, Spir. Vini rectiss. Unc. unam.

## TINCTURA GEOFFROEAE Ph. Bat. et Belg.

Rec. Cort. Geoffroae Surinam. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo.

## TINCTURA GINGIVALIS BALSAMICA, s. Catechu composita. Balsamische Zahntinctur. Teinture gingivale balsamique.

Ph. Wirt.: Terrae Japan., Myrrhae elect.  $\bar{a}$  Unc. unam, in pulverem trita irrorentur Balsami Peruviani Drachma una. Superfundantur Spir. Cochl., — Vini rect.  $\bar{a}$  Unc. tres. Digerantur, et per chartam filtrata tinctura servetur. Ph. Pol.: Myrrhae, Catechu  $\bar{a}$  Unc. semis, Bals. Peruv. Drachm. unam, Spir. Cochlear. Unc. octo, digere et filtra. Ph. Lusit.: Catechu, Myrrhae  $\bar{a}$  Unc. unam, Tinct. Balsami Peruv. Drachm. unam, Spir. Vini rect., — Cochleariae  $\bar{a}$  Unc. quatuor. Ph. Hass. formulam Ph. Wirt. secuta est sed Balsami Peruviani duplum sumit. Ph. Slesv.-Hols.: Catechu, Myrrh.  $\bar{a}$  Unc. unam, Balsam. Peruv. Drachm. duas, Spir. Vini rect., — Cochlear.  $\bar{a}$  Unc. quatuor.

## TINCTURA GLECHOMAE HEDERACEAE s. Hederæ terrestris Br.

Rec. Hb. Hederæ terrestr. Unc. unam, Spir. Juniperi Unc. quatuor, digere et filtra.

## TINCTURA GUAJACI AMMONIATI vid. Tinctura Guajaci volatilis.

## TINCTURA GUAJACI BALSAMICA LEBR.

Rec. Bals. Canadens. Unc. unam et semis, Resin. Guajac. nativ. Drachm. duas, Spir. Vini rect. Libr. semis. Digere leni calore, dein faecibus subsessis, Tincturam limpidam effunde, sive percola et adde Ol. Menth. piper. Drachm. unam.

## TINCTURA GUAJACI COMPOSITA. Zusammengelegte Guajactinctur.

Ph. Lond. 1836: Rec. Resin. Guajaci Unc. septem, Spir. Salis Ammon. aromat. Unc. quadraginta, macerata cola. Ph. Brunsv.: Resin. Guajaci Unc. quatuor, Spir. Sal. Ammon. aromat. Libr. unam et semis.

## TINCTURA GUAJACI DERWESII.

Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. octo, Salis Tartari Drachm. tres, Pulv. Sem. Amomi Unc. duas, Spir. Vini rect. Libr. duas, digere, filtra, Unciis quaternis adde Spir. Salis Ammoniaci caustici Drachm. unam.

## TINCTURA GUAJACI EMERIGONIS vid. Elixir antarthriticum caribaeum (p. 285).

## TINCTURA GUAJACI FOENICULATA Ph. Suec.

Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. unam, Olei Foeniculi Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. (an Libram?) unam.

## TINCTURA GUAJACI LIGNI, s. Tinctura Guajaci officinalis, Aqua Vitae Guajaci. Guajacholz-tinctur. Teinture ds bois de Gayac.

Ph. Bor. ed. 5, Old., Hamb. 1837: Rec. Ligni Guajaci Unc. quinque, Spir. Vini rectiss. Libr. duas. Ph. Bat.: Ligni Guajaci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Gall. 1837: Ligni Guajaci Unc. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. sedecim.

## TINCTURA GUAJACI MYRRHO-ALOËTICA HENRY-GUIBOURT. Drogue amère contre la goutte.

Rec. Resinae Guajaci, Aloës succotr.  $\bar{a}$  Drachm. decem, Myrrh. Drachm. duodecim, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digere per dies sex et filtra.

## TINCTURA GUAJACI RESINOSA. Guajacharzinctur. Teinture de resine de Gayac.

Synon.: Tinctura Guajaci simplex s. spirituosa.

Rec. Resinae Guajaci nativae Uncias duas, Spiritus Vini rectificatissimi Libram unam, digere in balneo aquae, tum post refrigerium filtra. — Vis: antarthritica.

Ph. Boruss. ed. 5, Hann., Dubl., Hamb., Slesv.-Hols., Saxon. 1837 hanc formulam secutae sunt. Ph. Lond. 1836: Resinae Guajaci Unc. septem, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta.

**TINCTURA GUAJACI VOLATILIS.** Flüchtige Guajak-tinctur. *Teinture de Gayac ammoniacale.*

*Synon.:* Tinctura Guajaci ammoniata, Elixir Guajaci volatile, Alcohol cum Guajaco officinali ammoniatus, Alcohol Ammoniae et Guajaci.

Rec. Resinae Guajaci nativae Unciam unam,  
Spiritus Salis Ammoniaci vinosi Uncias sex,  
macera per aliquot dies, subinde agitando, tum filtra.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hamb. 1835, Old., Sax. 1837, Polon., Bavar., Dan., Dubl., Edinb., Fenn., Amst. illam formulam habent. Ph. Hann. 1833: Rec. Resin. Guajaci nativ. Unc. quatuor, Tinct. arom., Spir. Sal. Ammoniaci vinosi aa Unc. novem. Ph. Hass. 1827: Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Salis Ammoniaci caust. Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor. Ph. Belg.: Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. tres. Disp. Fuld.: Resin. Guajaci Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. vinosi Unc. quatuor. Ph. Suec.: Resin. Guajaci Unc. unam, Liq. Ammonii carbon. spiritosi Unc. sex.

**TINCTURA GUMMI AMMONIACI.** Ammoniaftinctur. *Teinture de Gomme Ammoniac.*  
Ph. Gall. 1818: Rec. Gummi Ammoniaci Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor.

**TINCTURA CUTTI ALCALINA** s. Solutio Gummi Guttae alcalina, Elixir Cambogiae alcalinum.

Ph. Suec.: Rec. Cutti Drachm. semis, Liq. Cinerum clavell. depur. Unc. semis.

**TINCTURA CUTTI AMMONIATA SWED.**  
Rec. Cutti Gran. triginta sex, Spir. Sal. Ammon. vinos. Unc. quatuor, solve, filtra.

**TINCTURA HATFIELDII,** s. resino-saponacea.

Rec. Resin. Guajaci, Sapon. Amygd. aa Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, solve, filtra.

**TINCTURA HEDERAE TERRESTRIS** vid. Tinctura Glechomae hederaceae.

**TINCTURA HELENII** vid. Tinctura Enulae.

† **TINCTURA HELLEBORI ALBI** s. Veratri albi. Weißnießwurztinctur. *Teinture d'Ellébore blanc.*

Ph. Edinb.: Rec. Rad. Hellebori albi Unc. octo, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis, digere, filtra. Ph. Hann. 1833: Rad. Hellebor. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas.

† **TINCTURA HELLEBORI COMPOSITA**  
Ph. Wirt.

Rec. Fibrarum Hellebori nigri Unc. unam et semis, Squinanthi Unc. unam, Galangae minoris Unc. semis, Cardamomi minor. Drachm. tres, Croci Drachm. unam et semis, Vini Capariensis, Spir. Vini aa Libr. unam. Stent in digestionem, post sufficientem extractionem exprimantur atque filtrentur.

**TINCTURA HELLEBORI NIGRI**  
s. Melampodii. Schwarznießwurztinctur. *Teinture d'Ellébore noir.*

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. — Hanc formulam Ph. Hamb. 1835 et Slesv.-Hols. habent. Ph. Austr. et Disp. Fuld. Radicis Helleb. nigri. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex. Ph. Amer. Rad. Hellebori Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Lond. 1836: Rad. Helleb. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Hass. Rad. Helleb. Unc. quatuor, Spir. Libr. duas; Ph. Dubl. formulae ulteriori addit Coccionellae Scrup. duos, et Hann. Scrup. quatuor. Ph. Edinb. Rad. Helleb. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas et semis, Coccionell. Drachm. semis. Ph. Gall. Rad. Helleb. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor.

**TINCTURA HELLEBORI NIGRI VINOSA**  
VAN MONS.

Rec. Rad. Hellebori nigri Unc. unam, Spir. Frumenti Unc. duas, Vini albi Unc. quatuor.

**TINCTURA HIERAE.**

Rec. Spec. Hierae picrae Unc. unam, Vini albi Libr. unam, dig., filtra.

**TINCTURA HIERAE CONTRA TAENIAM.**

Rec. Rad. Gentian., Asae foetid., Camphor., Cort. Aurant., Castorei, Extr. Aloës aa Drachm. unam, Croci Scrup. unum, digere cum Spir. Vini Libr. quatuor. Vini Lusitan. Libr. duas, cola.

**TINCTURA HUMULI** vid. Tinctura Lupuli.

**TINCTURA HYDRACOGE BORIES.**

Rec. Rad. Aristoloch. rot. et long. aa Unc. unam et semis, — Zingib., — Armorac., — Scill. aa Unc. semis, Hb. Absinth., — Centaur. min., Baec. Junip. aa Unc. unam, Sal. Absinth. (i. e. Tartari) Unc. semis, Spir. Juniperi Libr. tres, dig., filtra.

**TINCTURA HYDRACOGE VAN MONS.**

Rec. Rad. Hellebori nigr., — Bryon., Jalapp. aa Unc. semis, Cinnamomi Drachm. unam, Spir. Frument. Libr. duas, dig., filtra.

† **TINCTURA HYDRARGYRI COMPOSITA**  
MARCUS.

Rec. Mercur. sublim. corros. Gran. quatuor, Liq. anodyn. min. Hoffm. Drachm. unam, adde Tinct. Opii simpl. Scrup. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. semis.

† TINCTURA HYDRARGYRI IODICI  
AETHEREA MAGENDIE.

Rec. Naphth. Vitrioli Unc unam et semis, Mercur. iodati rubri Scrup unum Alia formula Spiritum Vini rectss. in locum Naphthae substituit.

## TINCTURA CONTRA HYDROPEM VOGT.

Rec. Rad Squill. gross. pulv. Scrup. unum usque duos, Galang. Drachm. quinque, Strobil. Lupul. inc. Drachm. decem, Spir. Frumenti q. s. Macera per diem, saepius agitando. Colaturae Unc. octo adde Spir. nitr. aether. Drachm tres, Elaeosacch Junip. Unc semis.

† TINCTURA HYOSCYAMI. Bil-  
senfrauttinctur. *Teinture de Jusquiame.*

Rec. Hb. Hyoscyami recent cont., Spir. Vini rectss. aā Libr unam, in cucurbitam immissa calefiant ad ebullitionem fere, tum refrigeranda sibi derelinquantur. Frigefacta exprimantur ex sacculo linteo et filtrantur.

Ponderum rationem ex Ph. Gall. desumimus, calefactionem pro coagulando albumine et penitior extractione addidimus. Ph. Hamb. 1835 sola similem formulam habet sed Herbae recentis Libram unam et Spir. Vini rectss. Unc. octo praecipit. Ceteri Codices Herbam siccatam adhiberi volunt, qua in re observetur, ne nimio calore siccefacta sit Ph. Bor. ed. 5: Hb. Hyoscyami sicc. Unc. duas, Spir. Vini rectss. (Polon. rectificati, cet. par.) Unc. octo, Aquae Unc. quatuor. Ph. Slesv.-Hols.: Herbae Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam. Ph. Suec., Lond. 1836, Edinb.: Herbae Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo, Hamb. 1835 altera formula Spir. Unc. sex. Ph. Dubl.: Herbae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, Coccionell Scrup. duos. Ph. Gall 1837 altera formula: Herb. Hyosc. sicc. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor.

## † TINCTURA HYOSCYAMI AETHEREA.

Ph. Hass. 1827: Rec. Hb Hyosc. sicc. Unc. unam, Liq anodyn. min. Hoffm. Unc. sex, macerata colentur ad Unc. quatuor.

† TINCTURA HYOSCYAMI E  
SEMINIBUS. Bilsenfrautsamentinctur.

*Teinture de semences de Jusquiame.*

Ph. Slesv.-Hols.: Rec. Sem. Hyoscyami cont. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. unam, digere, cola.

TINCTURA HYPERICI. Johannesfraut-  
tinctur.

Ph. Wirt.: Rec. Flor. Hyperici Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. unam et Unc. tres. Digerantur per triduum, postea exprimantur et filtrantur.

TINCTURA HYPERICI VULNERARIA s. balsamica vid. Balsam. catholicum (p. 111).

TINCTURA HYPNOTICA = Tinctura Opii.

TINCTURA INULA = Tinctura Enulae.

† TINCTURA IODI. Jod-  
tinctur. *Teinture d'Iode.*

Synon.: Tinctura Iodinae, Alcohol Iodini

Rec. Iodi Unciam unam,  
Spiritus Vini alcoholisati Li-  
bram unam,

mixta stent in loco tepido, do-  
nec Iodum solutum fuerit, tum  
Tincturam limpidadem decantha.  
— *Vis*: antistrumalis, glandu-  
larum tumorem pellens.

Sit coloris intense rubro-fusci, tota  
calore volatilis.

Hanc ponderum rationem Ph. Hamb. 1835, Hann. 1833, Hass. 1827, Slesv.-Hols. et Gall. 1837 habent. Ph. Bor. ed. 5 et Saxon. 1837: Spir. Vini rectss. Unc. decem tantum sumunt, Ph. Amer. Unc. sedecim. Formula originalis a D<sup>r</sup> Coindet proposita Iodi Grana duodequinginta pro Uncia una Spiritus Vini rectss. proposuit, quam formulam Codices Borussiae et Saxoniae verbatim recepere, absque ratione habita Drachmam Gallicam continere Grana septuaginta duo, Uncia ergo continet Grana 576, cujus molis Grana 48 exacte sunt pars duodecima, quae ratio cum formula nostra omnino congruit.

## † TINCTURA IODI AETHEREA MAGENDIE.

Rec. Iodi Gran. sex, Naphth. Vitrioli Gran. septuaginta duo

† TINCTURA IODI COMPOSITA Ph. Lond.  
1836.

Rec. Iodi Unc. unam, Kalii iodati Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta.

## TINCTURA IPECACUANHAE.

Specacuanhatinctur. *Teinture de Ipé-  
cacuanha.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Rad. Ipecacuanhae Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. sedecim, digere filtra.

## TINCTURA IPECACUANHAE WITKE.

Rec. Rad. Ipecacuanh. Unc. unam, Spir. Vini Gall. fortior. Unc. sex, Vini Malacens. Unc. octo, macerata filtra.

TINCTURA JALAPPAE, s. Con-  
volvuli Jalappae. Jalappatinctur.  
*Teinture de Jalap.*

Ph. Lond. 1836: Rad. Jalapp. Unc. decem, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Bat., Belg.: Rad. Jalapp. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Ph. Suec., Gall. 1837: Rad. Jalapp. Unc. unam, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Hamb. 1835: Rad. Jalapp. Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA JALAPPAE COMPOSITA vid. Elixir anthelminthicum (p. 286).

TINCTURA JALAPPAE E RESINA.

Ph. Hass. 1827: Rec. Resin. Jalapp. Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. sex. Ph. Hamb. 1835: Resin. Jalapp., Sapon. medicat.  $\frac{aa}$  Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. duas, dig. filtra.

TINCTURA JAPONICA vid. Tinctura Terrae Catechu.

TINCTURA JUGLANDUM.

Ph. Dan.: Rec. Cort. Nucum Jugland. viridium recenter contusi Unc. sex, Spir. Vini gallici Libr. duas, dig., filtra.

TINCTURA KALINA. Kaliinctur.

*Teinture alcaline.*

Ph. Bor. ed. 3, Oldenb., Polon: Rec. Alkali vegetabilis caust. sicci Unc. unam, Spir. Vini rectss. Unc. octo, digerendo solve et decanthando separa. Ph. Bor. ed. 5: Hass. 1827, Saxo. 1837, Hann. 1833, Hamb. 1835: Alkali vegetabilis caust. sicci. Unc. quatuor, Spir. Vini rectss. Libr. duas. Codices veteres Sal Tartari adhiberi suadent, ex quo quidem nonnisi exigua pars abripitur. Ceterum confer Tincturam Antimonii acrem.

TINCTURA KERMETIS.

Ph. Hisp.: Rec. Gran. Kermes Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam.

TINCTURA KINO. Kinoinctur.

*Teinture de Kino.*

Ph. Lond. 1836: Rec. Kino Unc. tres et semis, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Dubl.: Kino Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. duas. Ph. Edinb.: Kino Unc. duas, Spir. Vini rectss. Libr. unam et semis. Ph. Hass., Belg. 1827: Kino Unc. duas, Spir. Vini rectss. Unc. sedecim, Hamb., Sax: duodecim.

TINCTURA LACCAE AQUOSA, s. Tinctura Gummi Laccae. Gummiactinctur. *Teinture de Gomme Lacque.*

Ph. Wirt.: Rec. Gummi Laccae Unc. unam, Alumin. Drachm. unam et semis, Aq. Salviae, — Rosar., — Cochlear.  $\frac{aa}$  Unc. unam et semis, cocia colentur. Ph. Bor. ed. 5, Sax. 1837, Ross.: Laccae in Granis Unc. unam, Alumin. Unc. semis, coque cum Aq. comm. Unc. octo ad colatur. Unc. sex, liquori refrigerato adde Aq. Salv., — Rosar.  $\frac{aa}$  Unc. duas. Ph. Hamb. 1835: Laccae in baculis Unc. unam et semis, Alumin. Drachm. duas et semis, coque cum Aq. dest. Unc. decem ad Unc. quinque, adde Aq. Rosar., — Salv.  $\frac{aa}$  Unc. duas, Spir. Cochlear. Unc. unam.

TINCTURA LACCAE MYRRHATA s. composita.

Ph. Suec.: Rec. Gummi Lacc. in Gran. Unc. unam, Myrrh. Drachm. tres, Spir. Cochlear. Libr. unam et semis, digesta cola.

TINCTURA LACCAE SPIRITUOSA, Alcohol Laccae.

Ph. Ross.: Rec. Gummi Lacc. in Gran. Unc. unam, Myrrh. Drachm. tres, Spir. Cochlear. Libr. unam et semis, digesta cola. Disp. Fuld.: Gummi Lacc. Unc. unam, Spir. Cochlear. Unc. sedecim.

† TINCTURA LACTUCAE VIROSAE. Giftlactichtinctur. *Teinture de Laitue vireuse.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Hb. Lactucae viros. recent. contus., Spir. Vini rectss.  $\frac{aa}$  part. aeq., macerata exprime et filtra. Ph. Hamb. 1835: Hb. Lactuc. viros. rec. contus. Libr. unam, Spir. Vini rectss. Unc. octo.

† TINCTURA LACTUCARII.

Rec. Lactucarii Unc. unam, Spir. Frument. Unc. sedecim, solve, filtra.

TINCTURA LAVENDULAE COMPOSITA vid. Spiritus (p. 755).

TINCTURA LEVISTICI.

Ph. Wirt., Rec. Rad. Levistici Unc. duas, Sem. ejusdem Unc. unam. Incisa et contusa infundantur in Spir. Vini Unc. decem. Digerantur, et post sufficientem extractionem exprimantur atque tinctura per chartam filtrata servetur.

TINCTURA LIGNI AGALLOCHI s. Xylaloes.

Ph. Wirt.: Rec. Rasur. Ligni Aloës Unc. unam et semis, Spir. Vini rectss. Unc. sex.

TINCTURA LIGNI QUASSIAE.

Quassienholztinctur. *Teinture de Quassie.* Ph. Hamb. 1838, Hamb. 1833: Rec. Ligni Quassiae Unc. quinque, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Gall. 1837: Ligni Quass. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. quatuor. Ph. Hass., Batav., Belg.: Ligni Quass. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas, Dan. Spir. Unc. viginti.

TINCTURA LIGNI SASSAFRAS COMPOS.

Ph. Wirt.: Rec. Cort. Ligni Sassafras Unc. quatuor, Hb. Salviae nobilis Unc. duas, Nucis mosch. Unc. unam, Cinnamomi Unc. unam et semis, Sem. Anisi stell. Drachm. tres, Spir. Vini rect. Libr. duas. Digerantur per triduum exprimantur, expressum filtretur.

TINCTURA LIGNI SASSAFRAS SIMPLEX.

Ph. Wirt.: Rec. Cort. Ligni Sassafras Unc. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. octo. Macerentur per triduum, postea filtrentur.

TINCTURA LIGNORUM Ph. Wirt.

Rec. Rasurae Ligni Sassafras cum cortice Unc. duas, — Sancti Unc. tres, — Rhodii Unc. semis, Santali rubri, — citrini  $\frac{aa}$  Unc. unam, Spir. Vini Libr. duas, per octiduum digerantur, postea exprimantur et filtrentur. (Cf. Tinctura Pini composita.)

## TINCTURA LIXIVIA VOGLER Weilb.

Rec. Rad. Gentian. Unc. sex, Aq. font. q. s., coque, sub finem coctionis adde Cort. Aurant. Unc. duas, colat. Librar. trium adde Ciner. clavell. dep. Unc. quindecim, filtrato adde Spir. Vini rect. Unc. duas.

## TINCTURA LOBELIAE Ph. Amer.

Rec. Hb. Lobel. infl. Unc. duas, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

TINCTURA LONGAE VITAE vid. Elixir ad longam vitam (p. 293).

## TINCTURA LUPULI s. Humuli. Hopfentinctur. Teinture de Houblon.

Ph. Lond. 1836: Rec. Strobilior. Lupuli Unc. sex, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Hann. 1833: Strob. Lupuli Unc. sex, Spir. Vini rect. Libr. tres. Ph. Suec., Edinb.: Strobil. Lupuli Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex.

## TINCTURA LUPULI s. alcalisata HENRY-GUIBOUT. Alkalische Hopfentinctur. Liqueur de TRIGNEUX.

Rec. Strob. Lupuli, Flor. Centaur. min.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm. duas, Ciner. clavell. dep. Scrup. unum, Spir. Vini rect. Unc. duodeviginti, digere, cola.

## TINCTURA LUPULINI s. Lupulinae. Lupulintinctur. Teinture de Lupuline.

MAGENDIE: Rec. Lupulini Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. duas, digere, cola. Ph. Amer.: Lupulini Unc. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. triginta duas.

TINCTURA LYTTAE vid. Tinctura Cantharidum.

## TINCTURA MACIDIS.

Rec. Macidis Unc. quinque, Spir. Vini rectiss. Libr. duas, digere, filtra. Ph. Slesv.-Hols. et Hass. hanc formulam habent. Ph. Hann. 1833: Spir. Vini rect. cet. par. praescripsit. Ph. Sax. 1837: Macidis part. unam, Spir. Vini rectiss. partes octo. Ph. Brunsv., Macidis Unc. tres, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

TINCTURA MALATIS FERRI = Tinctura Martis pomati.

## TINCTURA MARI VERI.

Ph. Old.: Rec. Hb. Mari veri, Liq. anodyn. miner. Hoffm.  $\overline{aa}$  Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. tres. Macera, filtra.

TINCTURA MARTIALIS LUDOVICI vid. Tinctura Martis aperitiva Ludovici.

## TINCTURA MARTIATA APERITIVA Ph. Wirt.

Rec. Rad. Galangae, — Calami arom., — Zedoariae, Cinnamomi acuti  $\overline{aa}$  Drachm. duas, Flor. Hyperic., — Taxaceti  $\overline{aa}$  Drachm. unam, Limatur. Martis Unc. semis. Minutum incisus superaffundantur, Spir. Vini rect. Unc. sex,

Spir. Vitrioli Unc. semis. Digerantur leni calore per aliquot dies, et post sufficientem extractionem exprimatur et filtratur tinctura.

TINCTURA MARTIS ADSTRINGENS vid. Acetum chalybeatum (p. 6).

TINCTURA MARTIS APERITIVA dicta Aroph PARACELSI, Tinctura Haematis, Tinctura Ferri ammoniati, Tinctura Florum Salis Ammoniaci martialium. Eisenjalmitinctur, eröffnende Eisen-tinctur. Teinture de Sel Ammoniac martial.

Ph. Brunsv., Ferrar., Fuld., Hamb. 1835, Hass., Slesv.-Hols., Wirt., cet.: Rec. Salis Ammoniaci martialis Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor. Ph. Lond. 1809 et Saxon. 1837 Spiritum Vini rect., cet. par., sumunt.

TINCTURA MARTIS APERITIVA LUDOVICI s. GLAUBERI, s. tartarisata, Ferri tartarici, Tartras Potassae et Ferri liquidus, Tinctura Tartratis Potassae ferrici, Alcohol cum Tartrate Potassae ferratus. Ludwig's eröffnende Eisen-tinctur, Weinsäure-tinctur. Teinture de Tartrate de Fer et de Potasse.

Ph. Wirt.: Rec. Vitrioli Martis Unc. unam, Cremoris Tartari Unc. quatuor. Coque, in vase ferreo, cum Aquae fontan. Libr. sex, sub continua agitatione, fere ad siccitatem, exponatur per aliquot dies aëri, ut humiditatem attrahat. Massae griseae vel quasi ochreae adde Aquae Cinnamomi sine vino Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Unc. octo, in phiola alta ebulliant simul, spatio horae unius; post refrigerationem liquorem tinctum decantha et colatum serva. Residuum cum novo spiritu, Aqua Cinnamomi diluto, tractari potest. Ph. Bor. ed. 5: Vitriol. Mart., Cremor. Tartari  $\overline{aa}$  Unc. sex, coque cum Aq. comm. Libr. sex ad mellis consistentiam, residuo affunde Spir. Vini gallici Libr. sex, solve, filtra. Ph. Bat. similem formulam exhibet. Aliae denique Pharmacopoeae Limaturam Martis cum Cremore Tartari coqui et residuum Spiritu Vini extrahi volunt. Haec formula pro rei summa cum antecedente congruit, quare accuratius eam referre superfluum ducimus.

TINCTURA MARTIS CYDONIATA Ph. Wirt.

Rec. Limatur. Martis purissimae Libr. unam, affunde Succo Cydonior., recens expressi, Libr. tres. Stent per aliquot dies in digestionem, postea lento igne, in cacabo ferreo, ad dimidiae partis consumptionem coquantur; ab igne remotis adde Aquae Cinnamomi spirituosae Unc. tres. Probe mixta filtrantur et servantur.

## TINCTURA MARTIS HELLEBORATA Ph. Wirt.

Rec. Tinct. Martis Ludovici Unc. quatuor, Extr. Hellebori nigri Drachm. duas. Mixta digerantur et filtrantur.



**TINCTURA MARTIS POMATA.** *Esistentinctur mit Aepfelsaft. Teinture de Malate de Fer.*

*Synon.* : Tinctura Ferri pomati s. Malatis Ferri.

Rec. Extracti Martis pomati Unciam unam,

solve in

Aquae Cinnamomi vinosae  
Unciis sex,

solve, filtra. — *Vis*: praeparatorum Ferri.

Omnes Codices germanici, praeterea reliquorum magna pars cum hac formula conveniunt, quare discrimina perlustrare nil attinet.

TINCTURA MARTIS CUM SALE AMMONIACO vid. Tinctura Martis adstringens.

TINCTURA MARTIS SALITA vid. Tinctura Ferri muriatici.

TINCTURA MARTIS TARTARISATA vid. Tinctura Martis aperitiva LUDOVICI.

TINCTURA MARTIS, CUM VINO MALVATICO, ET POMIS AURANTII Ph. Wirt.

Rec. Limatur. Martis puriss. Unc. quatuor. Pomor. Aurant. amaror succulentor. numero quatuor. Excorticentur poma Aurantis, et a fungosa albedine et seminibus liberentur; postea cortices et succulenta caro in mortario lapideo cum Limatura Martis impastentur; pasta reponatur in vitro amplioris colli ad digerendum per biduum; tum affundantur Vini Malvatici Unc. decem, Spir. Cort. Aurant. Unc. duae. Digesta et expressa filtrantur

TINCTURA MARTIS VINOSA vid. Vinum chalybeatum.

TINCTURA MARTIS E VITRIOLO ZWELFERI.

Rec. Vitrioli Martis, Arcani, sive Terrae foliatae Tartari  $\bar{a}$  Unc. unam. Vitriolum Martis pulverisatum immittatur patinae terreae, calefiat lenissimo igne, spatula agitando, immisceatur Terra foliata Tartari, et ab igne remota reponere in locum temperatum, usque dum florescere coeperint; deinde dissolve in Aquae Cinnamomi sine vino Unc. tribus, Spir. Vini rect. Unc. quinque. Serva ad usum in loco frigido.

TINCTURA MASTICHES. *Mastixtinctur. Teinture de Mastic.*

Ph. Brunsv., Gall. 1837: Rec. Mastiches Unc. quatuor, Spir. Vini rectiss. Unc. sedecim. Ph. Amst., Fuld.: Mastich. Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. octo.

TINCTURA MASTICHES COMPOSITA CADET.

Rec. Mastiches, Olibani, Myrrhae  $\bar{a}$  Unc.

duas et semis, Spir. Vini rectiss. Libr. quinque. Digesta filtra.

TINCTURA MATRIS PERLARUM vid. Tinctura Coralliorum.

TINCTURA MELAMPODII vid. Tinctura Hellebori nigri.

TINCTURA MELISSAE VAN MONS.

Rec. Hb. Melissa Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Digere et filtra.

TINCTURA MELOËS VESICATORII vid. Tinctura Cantharidum.

TINCTURA MENTHAE CRISPAE VAN MONS.

Rec. Hb. Menthae crisp. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo. Digesta filtra.

TINCTURA MENTHAE PIPERITAE.

Ph. Hass. 1827: Rec. Hb. Menthae pip. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas.

TINCTURA MENYANTHIS vid. Tinctura Trifolii fibrini.

TINCTURA METALLORUM idem quod Tinctura Antimonii acris, sed Stanno et Cupro in crucibulum quoque addito.

† TINCTURA MEZEREI. *Seidelsbastinctur. Teinture de Garon.*

Rec. Cort. Mezerei cont. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. sex, digere filtra.

TINCTURA MEZEREI COMPOSITA.

Rec. Tinct. Mezerei, Spir. Saponati  $\bar{a}$  part. aeq.

TINCTURA MILLEFOLII. *Schafgarbentinctur. Teinture de Millefeuille.*

Ph. Hass. 1827: Rec. Hb. Millefol. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. duas. Ph. Wirt., Palat., Brunsv. Hb. Millefolii Unc. tres, Spir. Vini rect. Unc. sedecim. Disp. Fuld., Lipp.: Hb. Millefol. Unc. unam, Spir. Vini rect. Unc. octo.

TINCTURA MILLEPEDUM Ph. Brunsv.

Rec. Milleped. Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. sex.

† TINCTURA MOSCHI. *Moschustinctur. Teinture de musque.*

Ph. Bor. ed. 5, Sax. 1837: Rec. Moschi Drachm. unam, Spir. Vini rect., Aq. dest.  $\bar{a}$  Unc. tres. Ph. Slesv.-Hols., Hamb. 1838: Moschi Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. tres. Ph. Gall. 1837: Moschi part. unam, Spir. Vini rectiss. part. quatuor. Ph. Dubl., Amer.: Moschi Drachm. duas, Spir. Vini rect. Unc. sedecim.

† TINCTURA MOSCHI AETHEREA.

Ph. Gall. 1837: Moschi part. unam, Naphthae Vitrioli part. quatuor

## TINCTURA MOSCHI VINOSA.

Ph. Hamb. 1835: Rec. Moschi Drachm. duas, Vini Malacens. Unc. duas et semis.

TINCTURA MURIATIS FERRI AETHEREA vid. Tinctura nervino-tonica BESTUSCHEFFII.

**TINCTURA MYRRHAE.**  
*Myrrhentinctur. Teinture de Myrrhe.*

Rec. Myrrhae in pulverem grossiusculum contritae Uncias duas,  
Spiritus Vini rectificatissimi Libram unam,

in lagenam immissa digere in balneo aquae, tum post refrigerationem filtra.

Ph. Bor. ed. 5, Slesv.-Hols., Hann., Sax. 1837, Fenn., Dan., Hamb. 1835, Oldenb., Palat., Ross., Suec. cet. — Ph. Londin. 1836: Myrrhae Unc. tres, Spir. Vini rect. Unc. quadraginta. Ph. Amer. 1831: Myrrh. Unc. quatuor, Spir. Vini rect. Libr. quatuor. Ph. Gall. 1837: Myrrh. Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor. Disp. Fuld., Hass.: Myrrh. Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. octo. Ceteras varietates omittamus.

TINCTURA MYRRHAE ALCALISATA Ph. Wirt.

Rec. Myrrh. electae in pulverem tritae Libr. dimidiam, Sal. Alkali sive Ciner. clavell. Unc. octo, Aq. fontan. Libr. unam et semis. Digerantur per sex vel octo dies, postea aqua ex curbita, lento igne, ad mellis consistentiam abstrahatur, residuo autem Unc. viginti Spir. Vini rect. affundantur, atque Tinctura per digestionem extrahatur, quae filtratur.

TINCTURA MYRRHAE AQUOSA vid. Liqumen Myrrhae (p. 515).

TINCTURA MYRRHAE COMPOSITA vid. Tinctura gingivalis.

TINCTURA MYRRHAE PHOSPHORICA AUGUSTIN.

Rec. Tinct. Myrrh. Unc. semis, Acid. phosphor. Gutt. triginta.

TINCTURA MYRRHAE UTERINA Ph. Hisp.

Rec. Myrrh., Asae foetid., Croci, Castorei  $\frac{aa}$  Drachm. unam et semis, Camphor. Drachm. unam, Sal. volat. sicci Drachm. duas, Ol. Succini Drachm. semis, Spir. Vini rectiss. Unc. octo, digere, filtra.

**TINCTURA NERVINO-TONICA BESTUSCHEFFII.** Bestu-

scheff's Nerventinctur. *Teinture de Bestuscheff.*

*Synon.*: Tinctura tonico-nervina BESTUSCHEFFII; Spiritus sulphurico-aethereus martiatus (Bor., Slesv.-Hols.), Liquor anodynus martialis (Hass.), Spiritus Aetheris ferratus (Austr.), Alcohol sulphurico-aethereus Ferri (Bat., Belg.), Aether sulphurico-alcoholicus oxydulato-ferrarius (Bavar.), Tinctura aetherea alcoholica de Muriate Ferri s. de Chloreto ferrico (Gall.), Solutio Muriatis ferri spirituosoaetherea (Suec.), Aether martialis spirituosus, Tinctura tonica martialis flava (Ross.), Liquor nervinus albus. Eisenhaltiger Schwefeläthergeist, schmerzstillender Eisenliquor. *Teinture étherée de Perchlorure de Fer, Teinture du docteur Klaproth.*

Rec. Ferri muriatici oxydati crystallisati, in frustis totis, Unciam dimidiam,

immitte in vitrum epistomio aptissimo munitum, affunde

Liquoris anodynini mineralis HOFFMANNI Uncias sex,

miscelam interdum agita donec Ferrum muriaticum ex toto solutum fuerit. Solutionem in vitro coloris experte (nec viridi) solis radiis expone, dum colorem flavum penitus amiserit. Loco non aprico asservatus liquor colorem laete aureum iterum induit. — *Vis*: nervina, antispastica roborans.

Sit liquor coloris subflavescentis vel laete aurantiaci, odoris aetherei, saporis styptici, ferrei, simulque aetherei. Pond. spec. 0,848.

*Usus*: in debilitate nervosa.

Varietatem praeparationum exponenti in Tinctura BESTUSCHEFFII exclamare licet, quot capita, tot sensus. BESTUSCHEFFII formula genuina quam Ph. Ross. et Hamb. secutae sunt, Naphtham excludit. Solvantur scilicet Olei Martis Drachm. tres in Spirit. Vini rectiss. Libra una, solutio apricatione pallescat. Ph. Bor. ed. 5, Fenn., Hass., Slesv.-Hols., Suec. multum inter sese congruunt. Rec. Olei Martis (Liquor Ferri muriatici oxydati in Ph. Boruss. Acido sulphurico inquinatus est) Unc. unam, concute in vase vitreo bene clauso cum Naphthae Vitrioli Unciis duabus per horae quadrantem; Naphtham, colore luteo tinctam et Ferro gravidam caute

effunde, vel infundibulo in tubum longum atque angustum desinente lege artis separa, et singulis Unciis adde Spiritus Vini rectiss. Unc. duas. Solis radiis color luteus abeat. Haec formula in grave vituperium incurrit, quod Ferri muriatici ponderis ratio nimium fluctuetur, atque a concentratione Olei Martis, quod rarius idem obtinetur, et agitatione pendeat. Ferrum muriaticum oxydatum crystallisatum atque anhydrum facillime Naphtha dissolvitur, at Aqua cum hac solutione agitata Ferrum majore, ut ajunt, affinitate abripit, et Naphtham reddit decolorem. In Oleo Martis Aqua, quominus major Ferri muriatici copia dissolvatur, impedit, ergo decantatione egetur. Eodem vitio laborant, qui Oleum Martis adhibent. Ph. Austr.: Ol. Mart. Unc. unam, Naphth. Vitrioli Unc. sex, decantatae adde Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor. Ph. Hann.: Ferri muriat. oxydat. Unc. semis, Naphthae Unc. duas, Spir. Vini rectiss. Unc. quatuor. Ph. Gall.: Ferri muriat. oxydat. Unc. unam, solve in Liquor. anodyn. Hoffm. Unc. septem. Apricatio defenditur.

TINCTURA NERVINA ET TONICA HENRY-GUIBOUT. *Alcoole de Valériane et de Menthe composé.*

Rec. Rad. Valer., Hb. Menth. pip.  $\frac{aa}{aa}$  Drachm. duodecim, Castor. Drachm. octo, Croci Drachm. quatuor, Ol. Menth. pip. Drachm. unam, Spir. Vini rectiss. Unc. viginti quatuor. Digere per dies octo, cola cum expressione et addito Oleo Menth. pip. filtra.

TINCTURA NICOTIANAE s. TABACI. *Tabactinctur. Teinture de Nicotiane.*

Ph. Gall. 1837: Rec. Pulv. Hb. Nicot. Unc. quatuor, Naphth. Vitrioli Unc. sedecim. Dicta FOWLERI: Hb. Nicotian. Unc. unam, Spir. Frumenti Libr. unam.

TINCTURA NUCIS MOSCHATAE. *Muschkatnuztinctur. Teinture de Noix muscade.*

Rec. Nucis moschat. Unc. unam, Spir. Vini rectiss. Libr. unam, digesta filtra.

† TINCTURA NUCUM VOMICARUM s. Nucis vomicae. *Brauhnuztinctur. Teinture de Noix vomique.*

